HIPPOCRATIS PROGNOSTICVM,

IN QVO OMNES DIVINI viri, tàm genuinæ ſanctæ & magnæ tabellæ, quàm ſpuriȩ, apocryphȩ, & tabellæ paruæ ſententiæ continentur, ordine ſecundum locos diſpoſitæ, & breuibus annotationibus illuſtratæ à Doctore Illefonſo Lopi Pinciano, Ceſareæ Maieſtatis Medico.



MATRITI,

Apud Thomam Iuntam.

M. D. XCVI.

Summarium Priuilegij.

ANNO Domini milleſimo quingẽteſimo nonageſimo quinto, die decima menſis ſeptembris, in ædibus Sancti Laurentij regij conceſſa fuit facultas, & priuilegium à Domino noſtro Philippo Hiſpaniarum Rege ſecundo, vt Illeſonſus Lopus Pincianus Cæſareæ Maieſtatis Medicus librum inſcriptum Hippocratis Prognoſticum, per annos decem (aut qui eius tenuerit vices) mandare typis poſsit: vt fuſius in originali patet manu regia ſubſcripto, & à Domno Ludouico Salazar (iuſſu regio) & à ſupremi ſenatus conſiliarijs ſignato.

TASSA.

Yo Alonſo de Vallejo eſcriuano de camara del Rey nueſtro ſeñor, vno de los que reſiden en el ſu Conſejo, doy fe, que auiendoſe viſto por los Señores del, dos libros que compuſo el Doctor Alonſo Lopez Medico: intitulados Hippocratis Prognoſticum, y el otro Philoſophia Antigua: que con ſu licencia fueron impreſſos, los taſſaron à cinco blancas el pliego en papel, y mandaron que eſta Taſſa ſe puſieſſe al principio de cada volumen de los dichos libros, para que ſe ſepa lo que por ellos ſe ha de lleuar: y que deſte precio no ſe aya de exceder, ni exceda. Y para que dello conſte de mandamiento de los dichos Señores del Conſejo, y pedimiento del dicho Doctor Alonſo Lopez, di eſta fé: que es fecha en la villa de Madrid, a veynte dias del mes Hebrero, de mil y quinientos y nouenta y ſeys años.

Alonſo de Vallejo.

ERRATA.

Pagina.) .linea.21. quam decoris ex. p.9.l 8. continẽtur.p. 11.l.21. vt ob quæ.p.20 l.9.diaria.p 33.l.21.Auicẽna p.35 l.15.temperatius.l.16. futurũ. li 21.ſaluberrimum.l.23.morboſum.p.50.l.21.diuerſus.p. 65.l.1. inteſtinis p.70.l.3.continui,periculoſi.p 79.l.21 ſententia.5 p 90.l.2 terius.p.95 l vlti quod te.p.96.l.1.iperaſſata.p 114 l. 12 vincens.p 116.l 9.tollent l.20. ab p 118.l.19 additæ l 23.ab p.127.l 1.aluum l.13.deſtillat p.134.l.7.quod l.8.peius.p.137.l.4.ſiccare.p 157.l.8.nate l.13.pro ſæpius,narium.p.165.l.9. intelligant.p.169.l antepenul.preſeruat.p 172.l.22 quia.p.175.l.25 quatuor.p.178.l 11.rigori,putredo.p 18.l.2.ſit.p.190.l.vlti.facie.p 194.l.1 acceſsionũ p 195.l.7. tex 5.p 198.l.20 ſentiam.p 200 l.5 albo.p.201.l 10.laborantem.p 204.l.9.feroces p.207.l.12.quũ. p.211.l 1.ſiccapilli p. 218 l. 1.circum p.226 l.16.ſit,p.229 l.17.lienoſi p.231.l 5. dolorem. p.235 l.16 præcedere p.239 l 11 deliri,l.23.cõmunis p.267.l 19 frigidius.p.271 l.14. ei p.276.l 6 conuulſionẽ. p 277.l.8.affectionibus.p.280.l 19. quodequidem.p.281.l.5 quem,quod.l.6.occupauit.p.283.l.26.muſculi.p.291.l.19.minorem p.298.l.2 ſapore.p.302 l.20.veritas.p 318 l.20.ſiccitas.p.320 l. 12. vlſum.l.21. periculoſæq;.p.325.l.1 tumores.l.11.inſania. p 328.l 11. melancholici.l.16.tremor.p.333 l.6.iubet.p.334.l.12.conuerſa.p.348 l 17 quãcumq;.p 350.l.vlti & ſunt,tot ſunt p.351 l 8 rete.p 352.l.13 vocis. p 358. l antep dolorẽ.p.384.l.21 60.6.p.388.l.13.vehementiorem.p.410.l.17. nothis.p.413 l.1.humorem p. 414.l.2. morbi. l.10 rara.p. 428.l 21 febris p. 429 l.13.ſeptenarius.l.15.ſanguis p 431.l.19.eſſentiæ p.452.l.22 filo.l.antepe.expulſerint.p.454.l.5.veroſimilitudinem. p.460.l.22.eſt,erunt p.471. l.12 læuores.p.477.l.11.non neceſſario.p.478.l.2 hi aures.p.480.l 1.albæ. p.492.l.5.tumore.p.503.l.6.ſignificatur.l.15.veſicæ,aut renum p. 504. l.9. inopinanter.p 507.l antepe.interimere.p.517.l antepe.tumo.p 532 l.6.articulis.

Con eſtas emiendas eſtà correcto eſte libro, conforme a ſu original de mano, por dõde ſe imprimio. En Madrid a ſiete de Hebrero de mil y quinientos y nouenta y ſeys años.

Iuan Vazquez.
del Marmol.



AD

CLARISSIMVM VIRVM DOMINVM

Garſiam Loaiſam, vtriuſq; Maieſtatis Sacellanum Maiorem, Philippi Principis præceptorem, ac Principis Hiſpaniæ Eccleſiæ gubernatorem.

NATVRA Comparatum eſt (clariſſime vir) vt & parentes liberos ſuos, & ſuos libros autores ſummopere diligant. Ac quemadmodum illi non ſine labore, diſpendioq; ſuos procreant, alunt & inſtituunt natos: adultoſq; principibus cõmendãt: à quorum autoritate & poteſtate tueãtur: ita & hi ſua ſcripta vigilijs, ſudoribus, & algoribus parta, principibus inſcribunt: vt eorũ calore & fotu per lõga tẽpora vitam producant ſuam, & neutiquam (quod multis cõtingit) inter cunas, & faſcias pereãt. Hoc quidem eſt, quod Epigrammaticus Poeta voluit, cũ inquit. Victurus geniũ debet habere liber: Angelũ ſcilicet, aut Angelos cuſtodientes: cuiuſmodi ſunt principes terræ, & qualis tu haberis, qui facilè potes à morte opera noſtra liberare. Tãta enim de te eſt opinio vt ſi de quo opere

ad disciplinas pertinente iudiciũ feceris, amentissimus qui contrà ibit ab omnibus meritò censeatur. Taceo splendorem, quem à sanguine antiquissimo tuo consequeris: ne tempus teram, & iam actum agam. Quis enim Loaisarum, & Gironum gentẽ ignorat? aut quis (vt antiquissima relinquam) aut oculis, aut auribus præstantissima rerum gestarũ ornamenta Domini Garsiæ Loaisæ auunculi tui nõ accepit? Sed has tãquã alienas laudes pro modestia tua despicere soles, vt cui sola virtus vera sit nobilitas. Fiat vt vis: alienas taceo, at tuas proprias etiam mittere necesse est. Nam si earum fulgorem palàm facere voluero, solem lucerna demonstrare conabor: si magnitudinem; in rei maiestate periclitabor proculdubiò, & velut breuissimum nauigium in profundo pelago fluctuabo: si virtutum tã intellectualium, quam moralium numerum exprimere aggredior; paginas omnes adimplebo. Satius igitur erit silentium agere, & quod in specie dici nequit in genere copulare. Vocatus ab Hispaniarum Rege Philippo, *vt quã ipse sapientiam, & virtutem tum à natura, tum ab arte accepisti; filio* Principi *impertireris. Venisti & Hispanus* Philippus *gauisus est nõ minus te magistro filij sui* Philippi, *quã* Philippus *ille* Macedo *Aristotele Doctore sui Alexandri. Et meritò quidem: principem enim dominum nostrum ita feliciter erudisti, vt eius spes famam patris protinus æquet.* Plurimum *hic discipulus tuus Deo optimo maximo debet, à quo talis est creatus, vt docilem tibi, & morigerum se semper præstiterit: plurimũ patri* Philippo *à quo talis genitus est*

indo-

uid lis, vt attentè auscultauerit tuas disciplinas, & auidè arripuerit: & plurimum quidem debet tibi magistro: Dijs enim, parentibus, & magistris (vt est in prouerbio) parem gratiam referre homines nō possunt: & plurimum tibi debent omnes, qui ei subditi sunt futuri, vt propter quem sapientissimum, fortissimum, ac simul humanissimum dominum expectant. Nec solum te in hoc munere prudentissime gessisti, regis alia nō parua, quorum vnumquodq; virum desiderat integrum, quæ omnia ita exequeris ac exples, vt vno videaris solus incūbens. Eleemosynas Philippi parcè simul & largissimè distribuis, pro vt res postulat, & prudentia aperit, personam (ac tēpus, & locū) tam dantis monarchæ quam subditi recipentis inspiciens. Vtriusq; Maiestatis sacellanias admirabiliter regis: Et nūc nō sine omniū acclamatione ad gubernandam Ecclesiam Toletanam accedis, ex quo facto nescio quod omen bonum:

Auguror, & si quid veri mens augurat opto.

Sed virtutes tuæ longe me ab scopo auerterunt: ad rē redeo. Duplex opus cōfeci (itē tertium) quorum primū in vernacula lingua, epica imitatione, & oratione metrica politicam vitam exprimit, alterum in oratione soluta, Latino sermone artis Medicæ arcana in parte vaticinatrice demonstrat: illud quidem Philippo *principi, discipulo tuo, & domino nostro dicaui merito, quod virū politicum politica decerent: tibi autem* Ecclesiæ *Hispaniæ* Principis *rectori quod de arte diuinatrice agit, consecrare decreui, quod viro sacro diuina legitime conuenirent (inest enim quid diuinum in morbis*

& eo-

& eorũ prædicti onehabes vir clarissime ab antiquissima stirpe, sapientia, ac virtute autoritatem, potestatẽ vero tũ ab his, tum à muneribus, & officijs quibus incumbis, facile igitur poteris laborem hunc post longa tẽpora superstitẽ producere. Quare te suppliciter oro, æqua vt fronte accipias, Deumq; maximum salutem tuã ita tueatur vt nostræ artis opera nunquam egeas sed plusquam Nestoreos annos sanus & incolumis vitam degas.

Ad Lectorem.

SAEPE numero casu,& velu ti sorte quadã accidit,vt plures eorũ qui ab indoctis, quã qui à doctis curantur medicis vita fungantur,quo facto cælum videretur iniuriam studiosis iniunxisse, nisi viam aperuisset,lumenq; reuelasset, qui bus dextri à sinistris,& artifices ab inertibus disiungerentur. Hanc viam,& lumen hoc patefecit & præstitit nobis ars illa, quæ præterita dicit, præsentia cognoscit,& futura prædicit:ob quã multa antiqui Medici mẽtiti sunt. (Vt est videre apud Hippocratis prorhetica) Hæc ægro vtilitatem,hæc Medico honorem præbet,hæc hominem admi rabilem ac diuinum penè hominibus reddit,hæc infirmum parere curãti suadet, hæc curantem infirmis imperandi potentem facit,hæc insuper & basis,& fundamentũ est, sine quo tota Medicinæ machina corruit. Imposibile namque est,non præsentiẽtem Medicum rectam victus rationẽ ægro præscribere,pharmaca commodè propinare,aut manus Chirurgicas appositè admouere:hac sine stultitia fere ars Medica habetur merito,& eius professores(non immeritò) stulti.

Qui modis mille absque causa se suosq; angunt infirmos, modo sperant, timent modo, firmantur nunquam, & semper inconstantes, & mobiles opinione versantur. Ac velut nauigium absq; gubernatore, cælo turbato, fluctuant, aut sicut cæci quietissimi fluminis defluxum, morborum statum ignorant. Sępe metuentes ne ægros mortuos inueniãt eos visere non audent, quos aliqua intercurrens fluxio critica sanitati restitutos iam fecerat. Sępe quos saluos futuros prædixerãt, inopinatò decessisse vident, eosque (sic inquit Aëtius) lugent, vt aliena commiseratione propriam ignorantiam sepeliant. Alij secura & facillima timent, periculosa difficillimaque contemnunt alij, & vtrique nocumenta non contemnenda miseris ægris afferunt. Illi enim (vel in leuissimis affectibus) suos infirmos supplicijs infinitis iniustè puniunt. Diæta exquisitissima necant, pharmacis molestissimis replent, crudelibus cucurbitis, & vrunt, & secant, aliaq; multa patrant, quæ capere memoria est impossibile. Et (quod magis indignationem nobis mouet) ab errore crimineque mercedem accipiũt, ac punitionis loco præmia nõ exigua capessunt, laudantur, quod auxilijs multis aduersus morbos pugnauerint, & sanitatem attu-

lerint,quam natura attulit sola, etiam ipsis repugnantibus(nam quæ fortis est nõ modo affectiones leues sanat,sed etiam errores inertium medicorum corrigit.) Verum ad eos conuertamur,quibus omnia secura faciliaque sunt, & à quibus multo maiora proueniũt damna. Dum enim secure dormiũt, vel hilares plus iusto ad mensas accumbunt, ægri sibi commissi subitas intestatas ac sine luce,& cruce obeunt mortes. Miserrimũ quidem ac lamentabile magis,priores enim corpus,& res solummodo perdunt,ægrotãtium,at posteriores,& rem & corpus,& animam periclitari faciunt. Hi sunt qui portas principũ anteluculo salutant, hi qui à principibus indignissimè fouentur, hi à quibus principes meritissimè trucidantur: hæc, & similia malè præsentientes antiqui Medici in ægros agebant miseros, & ægri à miseris Medicis patiebantur antiqui,(nam præsentes in scenam auocare non iuuat)Quæ omnia proculdubio cauent nunc prouidi, & artis prognosticæ periti. Vt vel hinc constet quantum ea hominibus intersit. Quod si quis Hippocratis volumina contemplatus fuerit benè, non indigebit nostra cõmendatione. Ille enim tot nobis præsagatrices reliquit sentẽtias, vt omnes aliarum Medicinæ

partium,aut ęquent aut ſuperent . Nam vltra librum Prognoſticon qui huic ſoli rei dicatus legitur, reliqui omnes earum pleni ſunt.Quas quidem in vnum acerbum congeſsimus primo,& poſt,è confuſo Chaos ſeparauimus, ac ſecundum locos digeſsimus. Nec ſolum diuini Hippocratis ſancta, & legitima tibi tradimus documēta,verū etiam & apocrypha,& ſpuria:illa vt capias,hæc vt exerceare, & vt lepram à lepra diſcernens, ſcias quib⁹ te credere & quę te cauere oporteat.Opus quidē à nemine quod ſciam perfectum,autor Choacarum cæpit,at non perfecit,defecit nō ſolum in ordine verum etiā in numero, quia plurimas reliquit oblitas ſententias & in re quia falſas non paucas cōmiſcet.Ex cęteris enarratoribus,fere omnes interpretationem libri prognoſticō, ſolummodo ſuſcepere:in quo & ordo,& numerus deſideratur . Omitto ; quod eorum plures in re ipſa defecerunt, aut ſi mauis redundarunt : dum plurima comminiſcuntur extra autoris mētem (quod interpretantibus eſt abſurdum)à quo tātum abfuimus, vt timeamus ne annotationes noſtræ nimia ſint breuitate moleſtę, quā ideò ſequuti ſumus, ne (quod alij inutiliter faciunt) in alienis refellendis immoraremur,aut in repetēdis, quæ
ab

ab alijs pulchrè ſcripta reperiuntur. Laconicam breuitatem coluimus ſemper, præſertim in hoc in quo compendiũ ſequi placuit, in eo inuenies duo illa crura quæ Galenus deſiderat ad artis perfectionem, rationem nimirum & experimẽtum. Hoc à libris Epidemion cepimus, illam vero à cæteris Hippocraticis folijs: in quibus ſi te ſtudioſe exercueris, nõ modo incedere per Medicinæ vtiliſsimos hortos, ſed & per eiuſdem cælum euolare poteris. Conſulo tamen, ne Icarum imiteris, ſed cum patre volatum temperes tuum, ita prudenter vt nũquam decidas, oportet ergo virum grauem arteque Hippocratica dignum vti præſenſione, atq; etiã prædictione ita caute, vt intelligat omnia rerum viciſsitudinibus expoſita eſſe: & (vt inquit Hippocrates) nil temere, nil negligere, certis firmiter hærere, à dubijs cohibere ſententiam: volat enim ſemel emiſſum irreuocabile verbum, & plus dedecoris ex vno iudicio falſo, quam ex decem veris, & certis prognoſticis capies. Eſto diligens in præſenſione ob vtilitatem ægrotantis, ſed tardus in prędictione ob honorem tuũ: nã rei difficultas ſic poſtulat. Quare diuinus Hippocrates in longis morbis difficultatẽ pręſagiendi affirmat, & in acutis incertitudinem

clamat. Signa ergo omnia perpende, lancique appende, quod si omnia salutem portēdunt eam insinuato, si mortem, prędicito. Quod si non signa omnia in vnius significationem conspirent, mistaque bona malis contingant (vt sæpius contingit) iterum exquisitissima vtitor lance, ac si plura, aut valentiora salutis inspexeris indicia, spera, si cōtra, time, si vero ita eā inuoluta sint vt (Gal. vtor verbis) nullum appareat illustre signū, silentium age donec tenebrę magis elucescant, & res in aperto splendeat, nec verecunderis rei difficultatem fateri, & solamen à Galeno cape qui in historia Epicratis vxoris laborantis acutè (adhuc in vndecimo die morbi) inquit, signa aberant quæ aut salutis spe, aut mortis formidine fidem facerent.

Isagoge ad Prognosticam.

HIppocrates cognomento magnus, & Patria Chous, omnium Medicorum longe Princeps, duos genuit filios Thessalum scilicet & Draconem. Quorum vnusquisque filium habuit nomine patris eorum vocatum: itaque duo fuerunt Hippocrates nepotes vnius aui, atq; omnes tan auus quam nepotes Medicæ artis cultores scriptoresque non inculti, qua de causa factū est, vt posteriores hallucinati nominis æquiuocatione omnium labores vni soli tribuerint, qui nunc sub Hippocratis voce publice veneunt. Opinantur aliqui sententias veras & artificiosas illius solius Hippocratis magni esse proculdubio, quales sunt Aphorismon, Prognosticon & similia: atq; inertes mendacesque aliorūm duorū Hippocratulorum extitisse, tales sunt Prorheticon, choacarū prænotionum & alia huiusmodi: alij nō sic existimant, verum opera omnia eiusdem Hippocratis magni fuisse opus, atq; alia fuisse rudimēta aliorum, & imperfecta perfectis materiam suppeditasse. Itaq auctor obseruationes quaslibet inceratis tabulis paruis scripsit, & quas parum firmas tēporis progressu sentiebat, in ipsis neglectas reliquit, quas autem experimentis multis probauerat à parua tabella detrahens in magna reposuit,

fuit, ſentiat quiſque vt velit, mihi ſatis eſt hæc manifeſtaſſe, vt ſi quando lector magnum paruũ ve Hippocratem paruam magnam ve tabellam legerit, in ſequentibus ſciat & intelligat quæ dicuntur. Nec hæc ſolum lectorem tenere oportet, vt arcana dicenda facile diſcat, ſed & multa alia. Princeps *enim & altior prognoſtica pars alijs miniſtris vtitur, vt quæ ante diagnoſtica & retro curatiua diſciplina ſtipatur. Oportet inquam lectorem præſcire* Phyſicam *contemplationem quæ hominis docet naturam, oportet etiam doctrinam eorum habere quæ præter naturam homini contingere poſſunt, calleat lectiones de pulſibus, vrinis, difficultate reſpirationis, morborum temporibus, criſibus & diebus decretorijs. Hæ namque omnes introductionem non ſtrictam prognoſticæ faciunt autore Galeno. Quod ſi patentiorem deſiderat prælegat libros prognoſticorum Hippocratis à Galeno illuſtratos, vt vera cognoſcat, & Hippocratis prorhetica vt falſa diſtinguat: atque Epidemion libros vt certa veraque iudicia confirmet: Ad hoc enim tantummodo hi libri ſcripti fuerunt autore Galeno.* Præſciat *etiam qualiter ars* Medica *ad ea quæ abſtruſa ſunt indaganda vtatur manifeſtis ſignis, & vt hæc ſalubria inſalubria, & neutra eſſe poſſunt, qualiterq́ horum vnumquodque in demonſtratiuum & prognoſticum diuidatur. Adde etiam ſi placet, quod memoratiuũ*

quidam

quidam dicunt, nec non sciat prognostica signa esse tria, salutis & mortis, coctionis & cruditatis & critica, & deniq; horum generalium doctrinã teneat à quibus & à quot capi illa debeant. Nec tamen hac sola notitia, vt nõnulli existimant, existimet quis prognosticum perfectum consequuturum iri, ad specialiora namque, quæ hoc volumine continent, deuenire eum oportet. Quoniam quæ sensibus obiecta magis sunt fallacia minus in vniuersum reperiuntur. Fatemur quidem generaliores doctrinas plura ac breuiori methodo & complecti & docere, diffitemur tamen discentes eis ita vtiliter vti posse.

SENTENTIAE GENERALIORES

ad Prognosticam pertinentes.

MORBOS dignoscimus ex cõmuni omnium natura & cuiusque propria edocti, ex morbo, ægro, oblatis & offerente, ad facilius si quidem & difficilius ex his, ex tota constitutione, & celestium singulari & vnaquaque regione, & ex consuetudine & diæta, & ex vitæ institutis singulis que ætatibus, & sermonibus modisque, & taciturnitate, & imaginationibus, & somnis, & vigilijs,

& insomnijs, quibus,& quādo vellicationib⁹,pruritibus,lacrymis,ex accessionibus, dejectionibus, vrinis,sputis,vomitionibus,& quæ ex quibus, in quos morborū successiones,& qui abscessus in perniciosum vel iudicatorium,sudor,rigor,refrigeratio,tussis,sternutamēta,singultus,spiritus,ructus flatus, silentes, strepentes, sanguinis eruptiones hemorrhoides: ex his autem & quæ per hæc sunt consideranda sunt primo epid.parte tertia sententia prima.

Rerum ordo coegit nos vt ab hoc filo texturam nostram ordiremur, quod aliquatenus moleste tulimus veriti ne qui interpretandus suscipitur autor in limine offenderetur ac ita in posterum lectoribus redderetur suspectus. Hippocratis magni in magnaque tabella inuenta hæc est sententia, circa quam sunt qui insurgant obijcientes nunquam eum sic otiosum extitisse (nam viri consuetudo seruata semper fuit paucis multa comprehendere cōtra ac in hac quæ multis complectitur pauca) his nos responsum volumus Hippocratem inuentorem fuisse primum, inuenire autem rem eamque perficere solis datū superis. Asseueramus quæ proculdubio, quod sola hæc sententia principium & fons est tam vniuersaliorum, quā specialiorum præceptorum quæ ad diagno-
sticam

sticam & prognosticam pertinent, & tanquam exemplum exhibita: hæc additione in specialibus & detractione in generalibus perficietur. Si eorum quæ actu continet interpretationem desideras, Galenum super illam cõsule, ille tibi per exempla omnes particulas explanat. Si vero ea quæ potentia cõplectitur requiris, vniuersaliora reperies apud alios autores, specialiora verò apud nos in sequentibus. Nec mireris si sermonis progressu de generalibus & specialibus sententijs legeris, nam inter vtraque & magis & minus reperiuntur.

Similia sint an dissimilia consideranda. Prog. 1. 2
Epid. & libro de Chirurgi officina.

Habent quidem artes omnes ac disciplinæ suas dignitates, axiomataque propria quibus nituntur. Sed ars medica hoc maximè contemplatur: tum in diagnostica, tum etiam in prognostica parte. Et merito, quoniam rectum iudex est & sui, & obliqui. In arte autem iudicandi ignorare nõ licet quæ recta sunt vt quæ obliqua cognoscantur facile. Habeatur ergo necesse est imago & idea eius quod secundum naturam homo habet, vt quantum in morbis distet adipiscatur. Nec solum cõmunis naturæ notitia habenda est, sed etiam particularis quam inter

rogationibus conſequimur ab eis quos ante nunquam vidimus ſi prudenter nos geſſerimus. Cùm ergo aliquod graue ſymptoma tibi oblatũ fuerit,interroga de hominis ęgrotantis natura & cõſuetudine,Illa enim quæ cõſueta ſunt pro rectis haberi debent, nec ab eis vel paululum turbabimur:nam vt inquit Hippoc.in libro decretoriorum, nil horrendum aut lethale in his quæ ſecũdum naturam ſunt,exiſtit.Sicut cõtra in his quæ â natura recedunt plurimum,mali horrendi lethaliſque ſuſpicandum eſt.Conſuetudinẽ (iterum inquam)excipere cõuenit,& ſimul procatarcticas cauſas, quæ vires adimunt ſemper præſagio. Præſtat prælia narrare in quibus deuicti fuimus vt cautiores vaticinãtes reddamus,me aliquando decepere excremẽta alui nigra ab eis timens futuram mortem,quæ ſane non ab humore, ſed â nigro cibo tincta poſtea reperi.Me etiam facies fefellit ſimilis ei quã Hippocrates initio Prognoſticorum depinxit lethalẽ iudicans, quæ ſalubris & ſecundum naturam homini erat.

3 *Conſiderare oportet morbi naturam quantum ſuperet corporis facultatem . 1 . Prognoſticorum. 4.*

Sit hoc axioma ſecundũ,non cõmune vt prius

prius Diagnosticè & Prognosticè, sed huius peculiare, & in quo tota pesagationis vis est sita. Ex viribus nanque virtutis, & morbi solum modo aucupari potest futurorum scientia, hoc modo. Morbus quidem nil aliud est quam quoddam virtuti contrarium, quacum pugnat perpetuo, & virtus nil aliud est quamuis illa quæ aduersum morbum indefesse reluctatur. Si hæc fortis est & eius cõtrarium (morbus scilicet) debile, oportet hoc vinci, salutemque homini accedere, si autem morbus fortior sit virtus prostrabitur, cuius prostrationi mors succedet, tanquam definitũ definitioni. Quæres fortasse vnde robur naturæ, & vnde vires morbi capere posſis, naturæ quidẽ vis omnis in tribus facultatibus sita est, in naturali, vitali, & animali, morbi robur in tribus alijs: in magnitudine in essentia dicta, in magnitudine Cacoethes, & in magnitudine ob præstantiam partis. Quomodo illę virtutis facultates robustæ dignoscãtur, & qua ratione magnitudines hæ morbi, non est huius disputationis, & huius rei plenos inuenies libros.

Oportet eum qui recte sit prædicturus sanitatẽ ac mortem, in quibus morbus breuis an longus, omnia indicia interstinguere: extimando vires eorum inter se. 3. *Prog.* 37. 4

In proxima,& ſuperiore, collationem ſig
norum inter vires,& morbum Hipp.cõmen
dabit.In præſenti autem ſentẽtia ſignorum
interſeſe comparationẽ docet,vbi & nume-
rum eorũ & vim cõſiderare iubet, numerũ,
quoniam à multis ſuperantur pauca,& vim
quoniam fortia debilibus præſtant: quorun
dam enim tãta vis eſt,vt vnicum præualeat
multis. Sed qualia hæc ſint ſermonis conſe-
quentia patebunt,ex quibus duo quæ potiſ
ſima ſunt elicies: morbi nimirum finem, &
temporis eius durationem.

5 *Oportet impetum ſuperuenientium morborum*
conſiderare,nẽc non tenere temporis conſtitutio-
*nem.*3.*Prog.*38.

De duobus ſolent Medici circa ægrotantẽ
miniſtris requiri: primum de periculo(de ſa
lute inquam & morte)ſecundũ de lõgitudi-
ne & breuitate morbi,vtriq; reſpondere po
terit Medicus non inepte, conſiderata tẽpo
ris conſtitutione.Sunt namq; tẽpora quibus
acuti, & quibus longi graſſantur morbi, &
ſunt quibus ſecuri,aut periculoſi. Impetus
etiã morborũ conſiderari debet ad alterũ ſo
lummodo, ad longitudinem ſcilicet,aut bre
uitatẽ: qui enim impetuoſi ſunt,breues,qui
contra mãſueti,&(vt Hipp.verbis vtar)ſimi
les inter initia in lõgius ſuã protrahũt ætatẽ.

6 *Non si quid in acutis præter rationem leuius fidere oportet, nec turbari si grauius. 2. Aph. 27.*

Pulchra est sententia hæc, & fortis, quæ nos bono animo esse iubet, & constantes, hoc autem fiet si naturã grauis, & leuis ægritudinis tenuerimus. Quæ quatuor cõsiderationibus cõpletur, specie scilicet, acutie, magnitudine, & more. Sũt enim morbi qui specie propria vehemẽtes sunt, vt phrænitis, pulmonia, pleuritis, & similia (de quibus Hip. 1. Acutorũ inquit, est laudandus maximè Medicus, qui secus atq; alij in eorũ curationib[9] processerit) hi ergo sunt in specie vehemẽtes, quia eorũ natura talis est. Sunt etiã vehemẽtes acutie & impetu qualis per peracuti, & qui eis approximant, sunt etiã vehemẽtes morbi ob magnitudinẽ, vt cõtingit quã plurimis febribus, quæ non malitia aut paruitate, sed sola magnitudine necant, tales etiã est reperire tumores, qui quanquam externi sua magnitudine naturam ipsam vincũt. Est quartus modus vehementiæ quæ à prauitate capitur, contingit enim febres esse in reliquis paruas, at in more maximas, propter quas Galenus in libro de Crisibus ait, febres paruas quandoque valde malignas, explorata ergo morbi natura, si leuior hic sit factus quã naturæ suæ respõdeat, noli fidere,

ſi vero grauior noli turbari. Grauiorum, & leuiorum morborum conditiones ſcies ſpecialiter magis in ſequentibus.

7 *Pernicioſa ſine ſignis leuantia mortem indicãt.* *Commentario.2.1.Prorhet.tex.17.*

Portio quædam hæc eſt documenti ſuperioris, qua docemur non fidendum his, quę præter rationem leuant, ſed addit vires, hęc oratio accreſcensque ſuper priorem eſt. Superior enim aiebat non in acutis ſi quid leuius abſq; ratione ſuccedat fidendum, hæc vero non ſolum nõ fidendum in acutis, ſed ſi pernicioſi ſunt timẽdum de morte quam maxime. Diuina quidem eſt ſententia hęc, & qua nos ſępe gloriam ex alieno damno aucupauimus. Cura ergo prius rei grauitatẽ & morbi vehementiam perſcrutari, quod ſi eam ſemel benê intellexeris, ne credas quibuslibet leuationibus, ſed eis ſolum, quibus aliqua euacuatio inſignis cum naturæ ordine legitimo pręceſsit. Si ergo tibi ęger commiſſus eſt acutè febriẽs cui ante morbum laſsitudines, nimia ſaliua, & oris amaritudo moleſtæ fuere, & quem morbo augeſcẽte linguæ ariditas, ingens ſitis, hyppochondriorum diſtentio vexauit, aut ſimile aliquod, & à quo febris ſponte, & ſine artis, & naturę potius auxilio euanuit, non modo non fidere oportet

tet, ſed hominem deploratum habere, magis multo quam ſi vehementi febri corriperetur. Simile contingere ſolet in tumoribus gangrena occupatis, in quibus naturæ mortificatio efficit doloribus leuamen, natura namq́ue proſtrata nequit aduerſum inimicum inſurgere in talibus, apparetq́ue æger ſine febri, de quibus Hippocratis ſolitus eſt, in Epidemi. dicere viſus eſt à febre liber, & poſtero die obijt. Huic etiam ſimile contingere ſolet in continuis malignis tertianæ naturam referentibus in quibus acceſsiones poſtponuntur non ob bonum, ſed ob perniciem ægrotantium, & naturæ timorem in aggrediendo.

Qui morbi in malis ſignis leuantur, & qui in 8
bonis non remittunt, difficiles ſunt. Choac. 53.

Duas continet partes, quarum prior ſimillima eſt ſuperiori, & quæ duobus modis poteſt interpretari. Primo qui in malis ſignis morbi leuantur, hoc eſt qui morbi habuere ſigna praua, & ſine cauſa leuantur, difficiles, ſecundo qui morbi adhuc habentes ſigna praua remiſsi apparēt (quales ſunt febres malignæ, quæ remiſſæ apparent, & eorum ſymptomata crudelia) difficiles ſunt. Altera pars quæ habet & in bonis non remittunt difficiles, non habet ita vniuerſalem veritatem

C tem

tem: poteſt namq́ue morbus ſalubris, & cũ ſignis bonis non leuari, ſed creſcere abſq; in ſigni difficultate, vt contingit febribus ſignis ſecuriſsimis firmatis, de quibus Hipp. 3. Prog. quæ quidem etiam ſi non remittãtur primis diebus faciles remanent, quoniam quarto die aut citius ceſſant.

9 *Dolores abſque iudicatione ſolui inutiles, pro rhet. 1. Comment. 3. text. 73.*

Si ſuperiores fere omnes ſententias memoria repetis, inuenies eas ad hoc terminari vt ſis cautus in prædicenda ſalute, cùm fallaces morborum remiſsiones ſint ſæpe. Quare ſi dolores aut morbi (idem enim hic exiſtima) ſoluantur repente ſine iudicatione & vacuatione effatu digna ſuſpecti cenſeri debent.

10 *Quæ præter vacuationis vaſorum rationem debilitates fiunt malæ. 1. Prorhet. Commentario. 2. text. 5.*

In ſententia ſuperiore. 5. docuit nos Hippocrates non turbari oportere à malis, quæ præter rationem grauiora apparent, quare igitur debilitates peiores habeãtur, quæ præter rationem fiunt, quam quæ ſecundum rationem? nam quemadmodum bona, meliora ſunt, quæ ſecundũ rationẽ, ita mala minus mala ſunt quæ ſine ratione: quod aliàs etiã

probatur

probatur,sic,debilitas essentialis est, quæ cũ ratione euacuationis aut effluuij humorum & spirituum fit,& insuper virtutis defectu, quæ verò non essentialis copia humorum, & per aggrauationẽ fit proculdubio,quanto verò sit difficilior ea debilitas,quæ per essentiam corpus tenet, quam illa quæ per aggrauationem facilè cuique est manifestum: quare difficilis quidem sententia hæc mihi est (nec Galeno facilis fuit) quòd si aliquam admittit interpretationem, non in morbis, sed in paratis ad morbos intelligenda est hoc modo. Siquis adhuc sanus egens debilis est propter aliquam euacuationem, non oportet statim damnare debilitatem, quæ cum ratione euenit, & cito reparanda erit. At siquis debilis & lassus præter vacuationem existat,talis debilitas & lassitudo mala est,solent namque grauibus morbis spontaneas lassitudines præcedere. Hæc mihi arridet magis interpretatio, quoniam sæpius hæc contingere solent, quod enim Galen.ait de principiorum intemperie raro ita subito cõtingere solet.

Signa habens bona omnia aut saltem plurima salutis nuntium,nulla aut parua contra. 2. *Prorh. text.*4. 11

Hæc doctrina ita plana apparet vt ali-

qua interpretatione non egeat,ſed & in planis claudicare ſolēt cæci, quare oportet etiā aliquid amplius explanare luciſque addere. Nō ſemper vbi ſigna adſunt bona ſalus eſt prædicenda, nam acuti morbi à febre pendentes, ſolent à diarrhia initium ſumere, quo tempore omnia ſigna mala abeſſe poſſunt, nec tamen ideò ſalus eſt certa, nam à diarrhia accenditur putrida & ſæpe maligna, quæ hominem tollit. Quare his qui paratum habent morboſum nec diarrhia ſecure exiſtunt, quod autem inquit aut ſaltim plurima etiam habet conſiderationem, non enim multitudo ſignorum ſolummodo fidem facit, ſed etiam poteſtas, præſtat autem ſæpe vnum ſignum plurimis. Vt Gal. 1. de criſibus. cap. 13. & 2. Prog. 55.

12 *Coctiones iudicij celeritatem, & ſecuram ſanitatem cruda vero contra, primo. 1. Epid. parte. 2.*

Hac Hippocratis animaduerſione conſtat quod modo à nobis dictum eſt, nimirū vnicum ſignum bonum plurimis præcedere malis, coctio ſcilicet. Natura namque cōparatum eſt, vt quæ ipſa valet coquere, valeat etiam expellere, & tanto citius, quanto citius coxerit, ſic cruda contra iudicij difficultatem aut etiam mortem portendunt merito, nam ex lege naturæ nil crudum, ex-

cerni

cerni solet in ægrotantium commodū, sed omnes hæ excretiones irritæ sunt, & malæ, præsertim tanquam signa, de quibus nunc est sermo.

In quouis morbo mente constare & bene se habere ad oblationes bonum, contra vero malum. 2. Aphor. 33. 13

Non de priori sententiæ parte quia particularis est, sed de postrema, quæ vniuersalior agere nunc oportet, de qua video Gal. in cōmento ad cibū factam ordinatāq; fuisse autumare, at vero Hipp. 3. Epid. cōment. 3. tex. 56. ad alia etiā statutā significat, imo vero manifeste declarat his verbis, oblata ægrè admittebant nēpe purgationes plurimos lędebant. Ecce vbi Hipp. non ad facultatē accipiēdi cibi, sed ad læsionē accepti pharmaci sententiā ducit, bonum ergo erit si intelligamus eam non de ciborū, aut pharmacorū oblatione intelligi debere, sed de omnibus quæ ægris offerri solent.

Erisipelas, & similia extra bonum, intra malū. 6. Aphor. 24. 14

Vniuersalis etiā sententia est hæc: omnes enim affectus, (nō solū Erisipelata) extra vergētes sunt periculosi minus quam intra, malum namque quo longius abest à principijs est minus, & abscessus ad distātiora meliores.

15 *His qui breuiſsime euadent maxima ſunt ſigna omnia libro de iudicijs.*

Verbum maxima duo hic ſignificare videtur,& morbi impetum vehementem, & magnitudinem in genere affectus,itaq; qui morbi acutiſsimi ſunt,& ſignis firmati ſecuriſsimis, quemadmodum febres. Apud.3. Prog.inter initia, breuiſsimè & in bonum finientur exitum.

16 *His qui breuiſsimè perituri ſunt,maxima ſigna ab initio fiunt,nam difficulter ſpirant,non dormiunt noctu,& ſigna periculoſa præſeferunt lib. de iudicijs.*

Et hic verbum maxima alia duo ſignificat, in primo conuenit ſuperiori (in acutie ſcilicet)at in ſecundo, quod erat affectus bonitas, & ſecuritas repugnat omnino, ſupra enim magnitudo ad bonum,hic vero ad malum refertur.

17 *Acceſsiones & conſtitutiones morbi indicabunt & reliqua Aphoriſmi* 12.*lib.*1.

Ne librum hac diuiniſsima ſententia orbatum facerem,eam huc attuli,& ne folium abſque neceſsitate implerē,reliquum aphoriſmi dimitto:in ſecuritate & ętate morborū verſatur tota. Ad locum ſupradictum tecōfer,ibi totam integram Hippocratis ſententiam inuenies, & ibi etiam Galeni commen

tum

tum,quod quidem est pulcherrimum: quod si adhuc pulchrius & amplius desideras, lege librum primum de Crisibus Galeni.

Morborum acutorum non omnino sunt certæ prædictiones salutis,aut mortis.2. Aphor.19. 18

Vel hinc constare poterit artis difficultas, morbi namque acuti aptiores sunt ad Prognosticam quam longi, vt infra videbimus, ex Hippocrate.3.Prognosticon . 8 . dicens: facilius est præsagire in acutis,quam in longis.&c.Et cum hoc,acutorum prædictiones incertæ sunt sæpe,primum quia cõtingunt (vt barbari cuiusdam verbis vtar)extraneationes in natura, & quæ veluti miraculosę præ raritate habentur.Secundo quia ægrorum & ministrorum errata,etiam Medicorum Doctorum iudicia turbant aut in longius crises protrahendo, aut etiã ægros qui aliàs saluandi erant,necando:insuper fluxiones errantes prædictiones fallaces facere solent,& quæ externa occupant,& secura habentur, intro recurrentes lethales efficiuntur,præstat ergo (vt dictũ fuit in principio ad Lectorẽ)cautũ esse Medicũ in omnibus.

Difficilius est præsagire in longis,simillima enim sunt inter initia.3. Prog.6. 19

Tranquillitatẽ longitudinis signum esse Hipp.ipse etiã in lib.præceptionũ. Hoc idẽ

contingit Athletis, qui quidem ſi tranquille quieteq; ad luctam mouentur in ea longius tempus perſiſtunt, contra vero cum impetuoſe colluctantur, & certãt breuiter in alteram partem victoria inclinat, aut (vt melius dicam) aſſurgit.

20 *Morbi congeniti dificilius curãtur. 2. prorh. 10.*

Quod natura dat negari poteſt difficulter, difficile etiam eſt valde aſſueta relinquere, hoc in omnibus rebus, at in morbis qui cõgeniti ſunt pluſquã habituales iudicari debent, & ideo pluſquam difficiles.

21 *Minus periclitantur hi quorum naturæ ætati conſuetudini & regioni morbus conuenit: ſecundo aph. 34.*

Sicut indicationes curatiuę ita & prognoſticæ pręcipuè ſumuntur ab affectu qui triplex eſt, & à virtute quæ in tribus eſt poſita, poſtea vero ab ætate conſuetudine tempore regione & alijs coindicantibus dictis. Sẽtẽtiæ huius interpretationẽ cape ab ipſo Galeno loco proprio. Præſtat enim quæ pulchrè dicta ſunt non deformare.

22 *Conſiderandum de indicijs ac ſignis, ſciendumque quod quouis anno, & tempore, mala, malum, bona, bonum ſignificat, tertio prog.*

Videtur hæc ſententia ſuperiori pugnare in ea parte, quæ de tẽpore agit: hic enim

quouis tempore mala esse mala, illic vero nō quouis habere videtur, si quidem in proportionalibus morbis periculum adimit. At bene considera, & nullam inuenies contradictionem, si teneas (vt hic mala) omni tẽpore mala esse, & (vt illic) minus mala, in proportionalibus & symbolizantibus morbis. Et hęc dicta sint de generalissimis sententijs nunc autem ad generalia adeamus.

Quę ad naturam & consuetudinem.

Minus periculose ægrotant hi quorum naturæ consuetudini, ætati, tẽpori, familiaris morbus quam quibus non. 2. aph. 34. 1

In generalissimis de hac dictum est, quantum ad prognosticam attinet, vbi ad Galeni commentum misi te, & nũc remitto. At quamtum ad diagnosticam partem natura valeat nō est præsentis disputationis, quod si hoc desideras recede ab his, & te conuertito ad. 1. epist. part. 3. Vbi Hippocrates ait morbos dignosci ex communi omniũ natura & reliquis quæ illic inuenies, vt tenet generalissimorum sententia prior, & Galenus in commento.

2 *Naturæ morborum curatrices. 6.epid.parte. 5. tex.1.*

Dices nec hanc ad presagationem spectare, nisi ex forti aut debili natura victoriã eius aduersum morbum arguamus, aut eius prostrationem à morbo. Fateor, nam cũ naturę officium sit subuenire (vt Hippocratis vtar verbo lib. de alimento.) fortis auxilium præstare poterit sicut debilis præstabit minimum.

3 *Qui natura sunt valde crasi breuiore vita fruũtur quam qui graciles. 2. Aph. 44.*

Si extreme tales intelligas, dubitabit necessario aliquis: nam cum natura constet continentibus, contentis, atque impetum facientibus, deficiente quolibet eorũ deficiet natura ipsa: continentia autem membra sunt quæ quidem natiui calidi & radicalis humidi fundamenta existunt propria, quamobrem qui gracilissimi sunt cũ defectum humidi natiui & calidi patiantur, necesse est eius naturam succumbere. Natura enim apud Galenũ idem est quod natiuus calor. Reliquum est vt sententiam teneamus, sicut scripta reperitur, videlicet quod valde crasi natura sua non sunt adeo longæui vt graciles, non valde sed simpliciter graciles. Quid autem sit natura esse homi-

hominem crassum aut gracilem non est nostrum nunc quærere, inuenies apud Galenum,& reliquos scriptores.

4 *Naturarum quædam ad æstatem aliæ ad hyemem bene aut male se habent.3.aph.2.*

Si naturarum conseruationem quæris, patet naturas calidas ad æstatem melius se habituras (conseruatur enim vnumquodque simili suo) sicut frigidas ad hyemem, si vero reductionem, contra inuenies, calore, scilicet æstatis gaudere naturas frigidas,& frigore hyemis calidas, at cum raro expediat excessus conseruare sed reducere, opportunũ erit frigidas temperaturas quales senum sunt melius se habere in æstiuo tempore, & calidas quales sunt iuuenum hyemali, hanc sententiam nostram confirmat sequens Hippocratis, aut eius filij si mauis.

5 *Præcalidam naturam in calido anni tempore in aere frigido cubile impinguat, in calido extenuat 6.epid.parte 4.tex.21.*

Videtur hæc ad preseruationem aut curationem magis apposita quam ad prognosticam, presagium autem & curatio tam affinia sunt, vt imposſibile sit bene præsentientem male curare, oportet ergo ex natura calidiore in æstiuo tempore virium

resolutionem prędicere futuram, prouidereque ne cubile sit in ambiente calido, à triplici namque calore inimico male serua ri poterit salus. Quod si & natura & tempus calidiora sunt, locus verò frigidior fiet, vt allatus sanguis à calore ęstiuo in exteriora mẽbra retẽtoq; à frigido ambiẽte, postea à calo re naturali coquatur, agglutineturq́, parti externæ. Quo fiet vt impinguetur corpus taliter se habentis.

6 *Indocta existit natura, & quæ oportet facit. 6. epid. par. 5. tex. 2.*

A nemine docta est natura & citra consultationem quæ oportet facit, ac non solum fortis sed & sapientissima existit, quod si aliquando contrarium operetur, id quidẽ per accidens est. Quid sit natura hæc dictũ est ante ex doctrina Galeni, quid autem sit ex nostra, tacem⁹ merito ne eius maiestatẽ diminuamus, periclitantur enim maximę res in tenui sermone, maxima autem natura ita est, vt pro Deo antiquitus haberetur, qui principium est motus & quietis.

Consuetudo.

7 *Consueta longo tempore etiam si deteriora insuetis minus molesta esse solent, quare ad insolita mutatio expedit. 2. aph. 50.*

Quemadmodum leges nouæ antiquiores in-

inualidas & debiles efficiunt,sic in naturis ascititijs contingit, quę antiquas veteresq; derogant & tanquam obsoletas habent. Cõsuetudo quidem natura quędam noua haberi debet,quæ antiquam deuincit plane, qua de causa assueta etsi deteriora, non solum non molesta sed iucunda sunt,hoc autem sit ob similitudinem iam consuetudine contractam.

Assueti quotidianis laboribus etiam si imbecilli sunt,aut senes,insuetis robustis & iuuenibus facilius ferunt.2.aph.49. 8

Assuescere oportet inquit(sapiẽs nomẽ aufugit)laboribus leuibus vt fortiores posim⁹ sustinere,quod si causam huius quęris, scito mẽbra omnia exercitata robustiora euadere,tum quod sanguis & spiritus in ea defluat abundanter, tum etiam quod minus excrementi accumulent:calore namque natiuo adaucto in exercitatione excremẽta recrementaque dissoluũtur, à quorum pondere liberatæ partes opera sua obire valent leuius ac melius.

Quę ad Regionem.

IN *Libya,Delo & Scythia hæc prædicta signa vera sunt.3.prog.40.* 1

Sicut & omni anni tẽpore, sic & in

 regio-

regione omnia mala malum bona bonum significant, non tamen æqualiter, nam ardẽtiores febres grauius multo significabunt in frigidis quam in calidis locis, quoniã im proportionales sunt regioni.

2 *Bene igitur nosse oportet quod in ipsis regionibus non est difficile multiplicia ipsorum consequi, si quis ediscens ipsa rectè iudicare ac ratiocinari sciat.3.prog.41.*

Manifesto demonstrat sententia hæc prognostici virtutem in peritis magnam esse, dum dicit per ea multiplicia consequi posse; sed cum omnia nõ dicat insinuat difficultatem aut vero impossibilitatem cognoscendi morbos omnes. Quæret aliquis quot iudicia vera sint satis ad bonum præsagatorem, meam opinionem nũc retineo. & Galeni sententiam facio publicam, qui quidem in cõmento huius insinuat eũ non bonum esse præsagatorem qui ex.9. vnam præsensionem fallacem reddiderit: exemplum enim numeri minoris ad præsagationes decem extenditur. Itaq; qui ex decem vnicam aberrarit solummodo, non erit cõtemnendus, sed nec tanti faciendus vt qui ex viginti.

3 *In longis morbis patrium solum vertere conuenit.6.epid.part.5.tex.20.*

Quam-

Quamuis hoc documentum directè ad Therapeuticam expectet, possumus etiã salutem in talibus prædicere sæpe ex soli alieni in antiquum mutatione.

Quæ ad tempus.

1 *MVtationes temporum morbos pariunt, & in ipsis temporibus magnæ mutationes caloris frigoris, &c. 3. aphoris. 1.*

Alij aliter tempora diuidunt ita, vt trium mensium duratio sit vnicuiq; tempori, sed hæc inartificiosa temporum consideratio est, Astrologica est artificiosa magis, quæ per ortus, & occasus astrorum quorundam, vt videre licet apud Galenum 1. epid. habetur. Sed omnibus vtilior medica, quæ sola aeris temperiem meditatur. Huius ergo aeris temperaturæ inconstantiam morbosam Hippocrates in præsentiarum significat merito, ob rationes quas à Galeno capere potes, tum ex commentario tum etiam ex 3. epid. part. 3. in procemio, vbi ait, vnicuique anni tempori suam esse temperaturam, cuius mutatio morborum causa sit, potissimum si maxima mutatio, & alterans nimis corpus existit.

2 *Morbi alij ad alia tempora, bene, vel male se habent,*

habent, & quædam ætates ad alia tempora, loca, & victum.3.aph.3.

Aut reſpectu morborum ad tempus intelligimus, & tunc ſimilia tempora ſimiles iuuant morbos. Itaque morbi calidi habebunt ſe bene ad tempus calidum, eo namq; vires ſuſcipient, aut reſpectu ægrotantium ſermo eſt, quo caſu contraria decet tenere, itaque ægri qui morbis frigidis infeſtantur bene in æſtate, & male in hyeme ſe habent & contra.

3 *Magnis ſiccitatibus febres acutæ fiunt: quod ſi annus talis eſſe pergat qualem temporis fecerit ſtatum, tales morbos, vt plurimum decet expectare.3.aph.lib.aph.7.*

Pauciores magna ex parte morbi fiunt in ſicciore temporis conſtitutione, vt in ſequentibus ex ipſomet Hippocrate notum fiet, acutiores tamen vt ipſe nunc tenet. Idque merito, quæ namque ſicca ſunt ſymbolizant non parum cum igne, & cum inter ſymbola elementa facilis ſit tranſitus, veriſimile eſt imo neceſſarium circa corpora arida facilius igneſcere febrem, atque ex conſequenti acui plurimum.

4 *Certis temporibus & ſuam naturam ſeruantibus, certi ac iudicatu faciles morbi fiunt, incertis contra.*

Qualia

Qualia hæc sint, certa tempora, docet Hippocrat. libro de aere, locis, & aquis, & Gal. 1. Epid. parte. 1. text. 1. autumnus scilicet, qui aquas præbeat siccitatem æstatis & calorem temperantes, hyems quæ frigora, corpus lassum roborantia, sed non inclemẽtia valde, qualitates namque nimiæ, & vehementissimæ corpus humanum mouent nimis, vere & æstate pluat tempestiue, tẽpestiue decet intelligere, quãtũ ad terræ fructus legendos opportuna pluuia sufficiat.

Siccitates in vniuersum assiduis imbribus salubriores, & minus mortiferæ. 3. *Aphoris.* 15. 5

Tempestiua esse conuenit tempora eo quo ante diximus modo, sed si ad alterutrã intemperiem vergere conuenit, ad siccitates potius, quam ad humiditates oportet, quia putredines quæ causæ morborum in vniuersum esse solent, ab humido magis quam à sicco fiunt: cum hoc tamen aduertere licet quod à grauissimis viris Auicẽnæ, & alijs animaduersum est, non omnem siccitatem salubriorem esse, nam quę Austro accidit flante pessima est, & mortifera, forte quia impluuius aer calidus, & humidus aptiora putredini parat corpora, quod efficere non valet, quãdo cõtingunt pluuię: eas enim frigus comitatur semper, frigore autem putredo re-

tunditur. Hippoc. autoritas hoc ipsum confirmat, constitutione illa prima. 1. Epid. quæ australis siccaque, & simul perniciosa plurimum fuit.

6 *Assiduis imbribus morbi (fere) fiunt; febres longæ, alui fluxiones, putredines, epilepsiæ, apoplexiæ, anginæ siccitatib⁹ morbi tabifici, ophthalmiæ, articulorum dolores, vrinæ & intestinorum difficultates. 3. Aphor. 16.*

In vniuersum Hippocrates dixit, præcedenti sententia humiditatem temporis insalubrem esse, & particulariter narrat nunc morbos qui ab ea causantur, de quibus consule Gal.

7 *Oportet impetum morborum grassantium semper considerare, nec non tenere temporis constitutionem. 3. Prog. 38.*

Non vtcunque hoc documentum dignum est, sed maximè vt memoria retineatur semper, constitutiones etenim particulares temporum canonibus generalibus præferũtur in Prognostico, ac sæpe contingit vt qui morbus aliàs salubris esse solet ratione prauæ constitutionis periculosus fiat.

8 *Anni tempus indicat accessiones, & constitutiones. 1. Apho. 12.*

Quia ver, & æstas breuioris constitutionis morbos creat, sicut autumnus, & hyems

longio-

longioris. causas quære à Galeno, si modo eas ignoras.

Valent verè, & prima æstate pueri, æstate, & ad aliquam autumni partem senes, reliquo autumno, & hyeme qui mediam ætatem habent. 3. *Aphorism.* 18. 9

Considerantur tempora variè secũdum varia. Versus ætates consideratio eorum hęc est, causas quęre à Galeno.

Verè insania, melancholia, epilepsia, sanguinis fluxiones angine, grauedines, distillationes, tusses, lepræ, impetigines, leucæ, pustulæ vlcerosæ, articulorum dolores. 3. *Apho.* 18. 10. *Ver.*

Plurimos morbos ad ver futuros hyeme prædicere potes etiam si temperatior futurus sit, ob rationem à Galeno allatam hoc in loco.

Saluberrimum ver est. 3. *Aphorism.* 9. 11

Nec obstat huic sententia superior quãuis obstare appareat, ver namque à natura propria saluberrimus est propter hominis symbolam temperiem. Ex accidenti autem morbosus ob eaque Gal. hic ait.

Æstas cum est similis veri sudores in febribus multi expectandi. 3. *Apho.* 6. 12 *Æstas*

Æstate & vere sudores fieri ait Hippo. (forte nõ iudicatorie factas, sed liquato sanguine) idque merito ratione cutis rarioris,

 sed

ſed ratione humorum ſeroſorum autumno fieri ſæpe ſolent, qui hoc tempore abūdant magis, tum ob nimios potus æſtate hauſtos, tum etiam ob fructuum ſuperfluam humiditatem.

13 *Æſtate ſicca & aquilonia, autumno pluuioſo, in hyeme capitis dolores, tuſſes, raucedines, grauedines, tabes. 3. Apho. 13.*

Ita bene huius cauſæ à Galeno traditę ſunt, vt illicitum ſit mihi eas tangere.

14 *Æſtate nonnulli horum, & febres continuæ ardentes tertianæ plurimæ, quartanæ item vomitus diarrheæ ophthalmiæ, auriū dolores, oris vlcerationes, genitalium putredines & ſudationes. 3. Aphoriſm. 21.*

Morbos numerat quæ æſtate communiter graſſare ſolēt, ita vt ſilere expediat, præſertim cū Galenus eos adamuſsim explanarit.

15 *Æſtiuæ quartanæ plerumq́; breues, autumnales verò longæ, præcipuè quæ hyemem attingunt. 2. Aphor. 25.*

Nec hic annotatiunculam noſtram ſubſcribere oportet, ne forte quod alij faciunt narrationem claram obſcuram reddamus.

16 *Eodem die, modo calor, modo frigus, autumnales morbi expectandi. 3. Apho. 4.* *Autūn9*

Hinc diſces, quod Medico intereſt aeris tempe-

temperaturam, potius quã mẽsium harmoniam, aut æquinoctiorum vergiliarum & arcturi dispositiones considerare.

Autumno in vniuersum morbi acutissimi, & perniciosissimi, vere contra saluberrimi. 3. Aphorism. 9. 17

Super affatos humores ab æstate autumnus suscipit, nec expellit, tum ob naturam de biliorem factam, cum ob dẽsiorem cutem. Quare necesse est fore quod Hippocratis comminatur, & cum nil temere, nilque negligere omni expediat tempore: præsertim oportet in hoc in quo inconstantes, & difficiles morbi semper molestant.

Autumnus tabidis noxius. 3. Aphor. 10. 18

Causa à Galeno ita est explanata vt non sit opus eam alterare, aut potius adulterare, qui morbi aquilonio humido & qui sicco. 3. Aphor. sententia. 13. &. 14. scripti sunt, vt infra.

Autumno aquilonio commoditas natura humidis, alijs ophthalmiæ siccæ, & febres partim acutæ partim longæ cum melancholia. 3. Aphō. 14. 19

Autumno aquilonio, aut aquilonio autũno, non qui morbi solum sed quæ sanitatis causæ hîc sunt etiam.

Autumno æstiui etiam multi morbi, & quartanæ febres, & incertæ, lienis tumor, hydrops, ta- 20

bes, vrinæ difficultas; intestinorum tum leuitas, tum difficultas, coxæ dolores, angina, anhelatio, intestinorum parte quapiam coarctatio, epilepsia, insania, melancholia. 3. Aphor. 22.

Ferax autumnus est, & fructuum, & morborum, quos ita explanat Gal. vt sit satis.

21 *Autumno ferinum, & cordis dolores, & horridum & melācholicum. 6. Epid. parte. 1. tex. 14.*

Plurimas morborum species, vt dictum est autūnus admittit, sed præsertim eas quæ à melancholia originem ducunt.

22 *Hyems.* *Si hyems sicca & aquilonia, ver pluuiosum & australe æstate acutæ febres, ophthalmiæ, disenteriæ, fœminis & viris humidioribus. 3. Aphorismor. 11.*

Intempestiua tempora, intempestiuos facere morbos consueuerunt, quod hac sententia ita lucet, vt mea non egeat dilucidatione.

23 *Contra si hyems australis & pluuiosa, ver siccum, &c. parituræ vere abortiunt quauis causa, aut infirmos partus edunt ita vt semper tales maneant, vel statim intereant. Cæteris disenteriæ, ophthalmiæ siccæ, senibus catarrhi breui mortiferi. 3. Aphor. 12.*

Contrariæ temporū temperaturæ diuersas affectiones promittunt, quas impletas vidimus sæpe.

Hyeme pleuritides, pulmoniæ, lethargi, graue dines, raucitates, tusses, pectoris, laterum, & lumborum dolores, cephalagiæ, vertigines, apoplexiæ. 3. Aphorism. 23. 24

Morbos hyemi semper cōnaturales narrat seorsum Hippoc. exactissime, exactissimeque Gal. eorum causas reddit hoc loci.

Hyeme febres quartanæ leniter in acutos morbos transeunt. choac. 173. 25

Sententia hæc Hippocratis indigna est vt quæ vniuersalitatem non amplectatur sed contingentiam, quæ sic & aliter accidere potest pro ratione victus ægrotantium: si enim intemperati sint aut incontinentes non modo quartanarij, sed & sani in acutos morbos incidere consueuere, ex his vidi aliquot in pleuritides incidisse, & fere nullum saluum, itaque si ægri intemperati sint non ab hyemalibus quartanis, sed ab æstiuis, etiam in acutos transibunt morbos, si temperati nullo modo.

Auster auditum hebetat, caliginem fert, caput grauat membris languorem præbet, & tarditatem; hæc (si crebrescit) inualidis contingunt. Aquilo tusses mouet, fauces exasperat, aluum indurat, vrinam supprimit, horrores excitat, lateris, & pectoris dolores facit. 3. Aphorismorum. 5. 26 *Ventus.*

Ab

Ab auſtro morbi, & ab aquilone ſolum ab Hippocrat. ſcripti merito ſunt. Eurus enim Auſtri, & Zephyrus Aquilonis tēperaturas ſortitur, autore Ariſtotele. 4. Politicorum. cap. 3.

Quæ ad muliebria.

1 *SVffitus aromatum muliebria educit, & ad alia multa vtilis, niſi capitis grauitatem faceret. 5. Aphor. 28.*

Si ex aromatum ſuffitu capitis dolorem & mēſium prouocationem prædicis, de ſententia therapeutica prognoſticam efficies, ſed dubiū erit alicui, quomodo ſi materias infra vocat, eas ſupra pellat; cui reſponſum volo, quod quemadmodum cucurbitæ quæ ſimul in partibus inferioribus, & ſuperioribus affiguntur materiam ſibi trahunt, nec ſuperioribus inferioribus impedimentum faciunt (nimirum quod ſibi propinquiora trahat vnaquæque) ſic in ſuffitu contingit, pars quidem aromatici vaporis, quæ cerebrum attingit humores ad caput rapit, pars vero, quæ vterum, ſanguinem ad inferiora cōuertit. Quo fit vt tenuior pars ſupra, craſſior infra pellatur.

Mulieri

Mulieri ſanguinem vomenti menſtruis erumpentibus. Solutio. 5. aph. 32. 2

Reuulſio hæc eſt, quam & Medici prudentiſsimè imitari ſolent. Prognoſtica ſimul eſt & curatiua à natura ipſa facta curatione.

Mulieri menſtruis præter naturam deficientibus ſanguis è naribus profluens bono eſt. 53. aph. 33. 3

Melius multo fuiſſet vacuationem à natura moliri ſolita extitiſſe, quam eã quæ præter naturam eſt, ſed peius multo ſi vtriuſq; natura oblita eſſet: ſanguis namque retentus & cibus præter naturam plus ingeſtus morbum facere conſueuit, quia ex plenitudine recenti, ſanguinei morbi ex antiquiore autem cacochymi fiunt.

Mulieri menſes decolores, nec eodem ſemper modo & tempore prodeuntes purgationem neceſſariã ſignif. 36. 4

Ad curatiuam hæc pertinet magis ſententia, ſed ex qua etiam prædicere poſſis morbum longum, niſi expurgatio celebretur. Cuius ratio eſt, quod menſes tales cacochymiæ ſigna ſunt, quam curat purgatio, ſicut ſanguinis miſsio plenitudinem.

Si quæ nec prægnans nec purpura lac habet ei menſtrua deficere. 5. aph. 39. 5

Natura comparatum eſt vt mulieribus ſanguis per vterum fluat vnoquoque menſe, à quo quidem hic ſanguinis fluxus men ſes dicitur, hanc natura ſuperfluam materiã eis indidit, vt fœtum alerent intra & extra ſanguine & lacte, lac enim à ſanguine ſuperabundante fit, qui per anfractus proprios à partibus vteri ad mãmas ſuper latus elaboratur, quapropter ratione conſonum eſt, deficientes menſes in partes ſuperiores à natura deſtinatas per natiuos ductus pellẽ dos, & in lac conuertendos, quod autem ait ſi nec prægnans nec puerpera eſt, ac ſi dixiſſet non ſolum prægnãti & puerperę, qui bus naturaliter lac creari ſolet, ſed & reliquis omnibus mulieribus (ſi lac habent) mẽ ſtrua defecerunt.

6 *Quibus ſanguis in mammas colligitur furorem ſignif.* 5.*aph*.40.

Niſi ſtatutum fuiſſet ſententias omnes memorare, hanc tanquam inutilem apocry phamque reliquiſſem.

7 *Si muliebri profluuio conuulſio aut animi defectus ſuperueniat malum eſt*. 5.*aph*.56.

Mulieres ſicut & pueri facile conuulſioni bus capiuntur, tum propter earum neruos parum ſolidos, tum etiam propter vteros, qui & neruoſi ſunt, & neruoſis partibus facillime

cillime consentiunt, facillime etiam animo linquuntur ob eadem, quare non ex quocũque profluuio si hæc accedant symptomata mortem prędicere conuenit, sed ex eo qui nimio, & pertinaci est.

Menstruis abundantibus morbi eueniunt & subsidentibus accidunt ab vtero morbi. 5. aph. 57. 8

Abundantibus menstruis morbi euenire solent illi, qui omni sanguinis vacuationi nimię, velut sunt cacheria, & similia, veniũt etiam subsidentibus ab vtero tamquã à causa. Noua est interpretatio hæc quam sic aggredior, & si mensiũ suppressiones ab alia fieri possint causa aliquando tamen vniuersaliter causari solent ab affectibus vteri, quales sunt intemperies & obstructiones: hoc posito dico, quod si naturaliter menses retineantur ob eorum defectum, vt his contingit, quæ calidę, & siccæ naturæ sunt nulli fient morbi, si vero ab vtero, idest ab vteri affectu, quod fere semper contingit menses cohibentur, necessario accident morbi, ad hãc interpretationem me suadent, tum veritas ipsa, tum etiam litera ab vtero.

Mulier podagra non laborat nisi menstrua defecerint. 6. aph. 29. 9

Ab omnibus fere morbis fœminę liberantur menstrua purgatione, quia & sanguis

abundans & humores reliqui vacuantur, bene ergo valet consequentia. Ab omnibus ergo à podagra sed ab hac magis quod earum articuli vsu Veneris, non ita vt virorum debilitantur.

10 *Si menses initio conuulsionis apparuerint febre non accedente solutio.* 584. *Choacarum.*

Propter rationem supradictam contingit, vt feminę conuulsę mensium vacuatione à conuulsionibus liberentur.

11 *Caligines mensibus multis comparentibus soluuntur.* 604. *Choacarum.*

Et huius rationem tacere par est, vt quæ manifesta sit, præsertim his qui caliginis causam non ignorant, de qua alias.

12 *Si mamarum papillæ & rubrum viride sit ægrotat vterus.* 6. *Epid. part.* 5. *tex.* 18.

Maxima affinitas inter vterum & mammas reperitur, vt post dicemus. Quare verisimile est eis illum suas communicare dispositiones.

13 *Prægnantes purgabis si materia turget à. 4. ad 7. mensem sed has minus, minori aut grandiori fœtu abstinebis.* 5. *Aph.* 29.

Prægnātes & abortiētes.

In dubium verti solet quid pręgnanti sit difficile magis, venę sectio, an verò expurgatio, non locus hic est his disputationibus aptus, sed solummodo mentem au-

toris interpretandi tempus, mens autem est adeo suspectas esse expurgationes prægnantibus, vt nullatenus inter initia & fines sint administrandæ, idque cum humore turgent, curatiua hæc est sententia sed ex qua abortus prædici potest.

Vtero ferens secta vena abortit eo magis quo fœtus grandior 5. Aph. 30. 14

Ad expurgationes per medicamenta omnes prægnantes ineptæ sunt, sed si necessitas vrgeat purgare iubet Hippocrates eas non initio imprægnationis nec in fine ob causas à Galeno allatas eo loci, & ex venæ sectione idem Hippocrat. abortum minatur etiam initio, & fine, sed animaduertendum est non æqualiter periclitari ratione temporis in vtroq; auxilio prægnantes, quæ enim purgatione mouetur (quod nascenti fœtu aut maturo iã sunt proximæ magis) sunt magis periculo expositæ, quæ verò sanguinis missionem suscipiũt, quo fœtus suo principio est propinquior auxiliũ securius accipiẽt, sanguine namq; abundant plurimo prægnantes initio sui fœtus, quia hic nõ sufficiens ad eum consumendum præ paruitate, quibus ne suffocentur sæpe præstat venæ sectio, auxilium securum est hoc & absque perturbatione nimia à pharmacis

 abortus

abortus priorum mensium faciles, quod ligaméta fœtus tenera sint, posteriorum etiã quod iam sint matura valde.

15 *Grauidam acuto morbo corripi pernitiosum. 5. Aph. 31.*

Merito hæc sententia verissima habetur, proptereaque à Galen. in commento legisti, nulla tamen fere, (vt in prouerbio est) regula exceptionem non patitur, vt ex Hipp. 1. epid. par. 3. tex. 30. historia eius quæ in littore habitabat, hæc vtero gerens, etsi sæuissime ęgrotauit superstes euasit.

16 *Vtero gerenti si aliud multum fluat periculum est ne abortiat. 5. Aph. 34.*

Abortus causas plures reperies apud Gal. 3. epid. par. 2. tex. 8. (inter quas licet scribere ventris fluxũ merito) cuius autoritas in præsenti sufficiat ad sententiam confirmãdam quam etsi Hippocrat. nulla roborauit historia (quod meminerim) experimentum nostrum verissimam inuenit sæpe.

17 *Histericæ aut difficulter parienti sternutamentum superueniens bonum. 5. Aph. 35.*

Et tamquã signum, & tãquã causa bonum sternutamẽtũ est, in histericis tãquã signũ, significat enim facultatem animalem, quæ in histericis sopiri solet excitari aliquatenus, & in difficulter parientibus motus naturales

turales ita iuuat ad expellendum fœtum vt causa manifesta haberi debeat futuri partus.

Vtero gerenti si mamæ subito extenuentur abortus sequitur.5.Aph.37. 18

Arguerit forte quis ex verbo subito materiam mammarum recurrisse in vteri loca fœtumq́, copia sua obruisse, nec nobis sententia displicebit, nec à Galeni doctrina abhorret. 5. Aph. 53. in fine commenti.

Geminos gerenti si dextra mãma extenuetur maris, si sinistra fœminæ aborsus fit. 5. Aphoris.38. 19

Locum meliorem Galeni interpretatio superior hoc habet in loco, cùm deficiat. Verbum subito, mammam enim sensim extenuari, alimenti proculdubio significat penuriã, quod autẽ ait de dextro, & sinistro cõsule Hipp. qui ait mares dextra magis, & Gal. & Hipp. qui rectitudinem docent, à natura seruatã semper, sicut, & à Medico seruandã.

Si scire vis an conceperit dormitura mulsam bibat si tormina sint concepit, si absunt non concepit.5.Aph.41. 20

Nullum conceptus signum est adeo certum vt vteri oris conniuentia.

Grauida si marem coloratior, si fœminam decolor.5.Aph.42. 21

Arri-

Arridet Galeni interpretatio hoc loci,cui etiam adijcere licet quod Galenum.6.epid. part.2.tex. 44.ad dextram vteri partem san guinem per renes purgatum magis venire , & ad sinistram impurum cœnosumq; descendere.

22 *Prægnanti in vtero erisipelas pernitiosum.* 5. *Aph.*43.

Etiam sine imprægnatione periculosius affectus est vteri erisipelas: vterus nam que inter præcipua mēbra collocari debet magis quam virilia,tantò quanto interiorē habet locum.

23 *Mares dextris fœminæ sinistris potius feruntur.* 5.*Aph.*48.*&*.6.*epid.part.*2.*tex.*44.*&*.45.

Bubulci solent taurorum testiculos sinistros ligare tempore coitus vt mares gignantur,quod quidem confirmat robustiores partes dextras esse sinistris,robustioremque locum deberi robusto & perfecto animali qualis est mas,sicut debilem imperfecto qualis est fœmina,quę vir imperfectus ab Arist. dicitur in lib.de historia animaliū. Cum hoc tamen nō adeo vniuersalis sentē tia est quin aliquando aliter contingat,significat hoc verbum magis.

24 *Quæ vtero gerunt vteri os conniuet.* 5.*Aphoris.*51.

Mul-

Multiplex est conceptionis signum sicut aquæ mulsæ probatum experimentum, de quo dictum ante num. 20. est; & certius quod de semine in vtero retento experitur, nullum tamẽ adeò infallibile, & perpetuum vt quod in præsentiarũ de vteri ore cõniuẽte ait Hippocrates.

Vtero gerenti si lac è mammis copiose fluat fœtum imbecillum significat, si firmæ mammæ valentiorem. 5. Aphor. 52. 25

Rarissimum hoc est, quod si quando cõtigerit necesse est succedat quod sententia minatur ob reuulsionem alimenti à fœtu. Ad alium locum hac de causa nutrices prægnantes suos perdũt fœtus, quæ non solum fœtibus hac opera nocẽt verum alumnorũ & propriam salutem offendunt, itaque damnum triplex operantur, sibi enim resolutionem moliuntur, alumnos parce & praue, & fœtus parce alunt.

Si prægnanti purgationes cursum suum teneãt fœtum valere impossibile. 5. Aphor. 60. 26

Hoc frequentius cõtingere solet ex quo fœtui malũ paratur ob penuriam, vt in sententia superiore, nisi quod in illa reuulsa sit materia in hac deriuata.

Si purgationes cessent nec horrore, nec febri superuenienti cibique fastidium adsit, prægnantem 27

esse putato . 5. Aphorism. 61 .

Vnum est hoc ex multis imprægnationis signis, quod cùm inter fortiora scribi possit, adeò est debile vt virginem sic habentem viserimus.

28 *Si prægnanti tenasmus superuenerit abortus est causa.7. Aphoris.27.*

Ante de muliere ob alui fluxum abortiente dictum est, nunc de ea quæ non egestione nimia, sed desiderio egerendi molestatur parum aut nil egerens. affectio prima periculosa fuit, at hæc magis propter dolorem vehementiorem, & locum affectum vtero viciniorem.

29 *Vterogerentes si capitis dolores, sopores que cum surditate vitiosi, forse & his conuulsionis aliquid. 1. Prorrh. sect. 3. text. 11.*

Ex reliquis omnibus hæc praua sunt signa heterogeneaque.

30 *In menstruis muliebribus, qui aquosi ante partus prodeunt, mali sunt. Choac. 563.*

Menstruæ purgationes præternaturales sunt prægnantibus abortumque minantes idque magis, quo sanguinis deterior fuerit, aut à natura diuersum.

31 *Vterum gerentibus ex feruido vlcere fluxiones dolorosæ malum hemorrhois his pessimum. Choac. 582.*

Ignoro quare in his hemorrhoides pessi me quæ possent à morbo, ęgrani liberare.

Quæ præter naturam tenues vterum gerunt abortiunt donec habitiores euaserint. 5. *Aph.* 44. 32

Duplici egent vtero gerentes alimento, & sibi, & fœtui, quæ ergo tenues nimis debi lesque sunt, necesse est deficiant aut fœtui, aut sibi. Natura autem comparatum est alijs quam sibi animantia deesse: cùm nil propin quius sibi ipsis habeant.

Quæ mediocriter corpulentæ abortiunt. 2. *aut.* 3. *mense, sine causa manifesta his cotiledones mucco pleni continere fœtum non valent.* 45. 33

Parum sanguinis fœtus absumunt primis mensibus propter eorũ paruitatẽ, vndę est vt fœminę sanguine abũdãtes copia eos obruant, quod autẽ ait de cotiledonibus mucco plenis rationabiliter dictũ est: si nãq; sanguis redundat breui fit cacochymia pituitosa vt ex Gal. liquet. 1. de dif. feb.

Quæ fœtum sunt perdituræ his mammæ extenuantur, duræ si fiant dolor ad eas, aut coxas, aut oculos, aut genua fatigabit, nec abortiunt. 5. *Aphorismo* 53. 34

Grauidis fœtum corrupturis semper fere mammarũ præcedit extenuatio, durities vero ac plenitudo nõ semper, in eis enim id quod redundat ad aliam partem natura pro trudit.

trudit. Quod si in vterum illam redundantiam propulerit, etiam tum graciles omnino mammæ fient. Nam secundum Hippocratis (vt apparet) sententiam, etiam si alia quauis occasione, & non propter alimenti egestatem fiat abortus, mammarum omnino prægressura est gracilitas. Quare si vel propter cotile donum humiditatem cõceptus prolabatur, etiam tum (natura eius exitũ innitente) motus fiet sanguinis ad vterum, & eo modo graciliores quam erant mammæ euadent. Galeni hæc sunt in calce cõmẽti huius, quæ placuit hic transferre, & quia satis placent, & quia longiorem explanationẽ quam ante fecerat, hac breui narratiuncula contrahit pulcherrime.

35 *Quæ vtero gerentes febricitant aut nimis sine causa extenuãtur, difficulter & cum periculo pariunt aut abortientes periclitantur. 5. Apho. 55.*

Quæ febri acuta corripiuntur merito periculosæ habẽtur, & quæ febricitant quo modolibet de aborsu sunt suspectæ non immerito, sicut & de partu difficiliore, quæ sine manifesta causa extenuantur: vtræque enim imbecillum fœtum reddunt.

36 *Si à partu alba cum febre retinentur, surditasque fiat, atq; lateris acutus dolor, pernitiose vehementer insaniunt. 1. prorrhet. sectione. 2. 48.*

Fluxum

Fluxum retentum surditatem excipere verisimile,sicut & ad hanc insaniam sequi, quod autem de lateris dolore ait alterius generis signum est,nec cohæret cum cæteris.

Febres ex post partu difficiles collige.1.Epid. constitutione.3.inter initia. 37

Hanc nobis visum est formare sententiam quam informem Hippocrates nobis loco dicto reliquit: obseruauimus enim sæpe,& obseruatam à summo viro scimus, vt videre est in libris Epidemion,& infra patebit aliquanto manifestius.

Quæ ex partu ac fœtus corruptione multa repente concitata supprimuntur difficilia sunt.Choacarum.566. 38

Tam in partibus quam abortibus purgationis suppresſio noxia maximè haberi debet,tum humorum quantitate,tum etiã qualitate,nam etsi febres post partum (vt Gal. 6.Epid.parte.2.text.44.)sicut,& quæ ex retẽtione mensium fiunt è genere sint synochorum, quod menstruus sanguis inculpatus sit,numquam non malitiam comparare solent.Distant tamen hæ,quod sanguis puerperarũ malignior multo est.Vt Gal.3. Epid. parte.3.text.73.vbi copia maior non solum cõgesta est,sed facta malignior ob retentionem longiorem.Hoc confirmatum licet vi

dere.1.Epid.parte.2.tex.68. Vbi etſi minus fœminæ ęgrotarunt,& periclitarunt, quod plures ad ſanguinis fluxum haberent vias, tamen quæ à partu in ęgritudinem inciderunt potiſsimum vita functæ ſunt. Mulieribus ergo,quibus à partu purgatio impeditur periculum impendet,non leue, hiſtorias reperies apud Hippocratem.1.Epid.parte.3.vxoris dromade &.3.Epid.parte.2. mulieris quæ ex abortiuo, & alterius quæ ex abortiuo fœtu.

39 *In menſtruis muliebribus, qui aquoſi ante partum prodeunt mali ſunt.Choac.563.*

Solent aquoſæ fluxiones per muliebria à natura ante partum paulo expelli, non in pernitiem,ſed in bonum pręgnantium,ruptis nimirum ſecundis quæ tum ſudorem tum vrinam fœtus recipiunt, & ſeruant vſque ad partus tempora. Hæc tamen non in menſtruis muliebribus contingere ſolent, ſed abſque eis, nam quæ ſecundum naturam vtero gerunt his fluxionibus priuari orbarique ſolent,cùm autem poſt continentem ſanguinis fluorem (vnoquoque menſe) aquoſa excernuntur, rationi conſentaneum eſt naturam ex prægreſsis vacuationibus reſolutam loco ſanguinis ſe-

rum

rum generasse : aut si mauis fœtum corruptum in saniem resolui. Nec hoc ita certum est, vt quandoque aliter non contingat. Oportet ergo alia contemplari, in vrinis vt ex eis coctionis debilitatem & robur capias, considera etiam si in ventre prægnantis translabitur fœtus, an vero constat, illud enim debilioris, hoc fortioris signum existit, omitto reliqua.

Quæ ex partu ac fœtus corruptione multa repente, cõcitata supprimuntur difficilia sunt. Choacarum. 568. 40

Non solum in partu fœtusque corruptione, sed in omnibus acutis affectionibus difficilia sunt multa repente concitata & suppressa, idque merito, nam multorum concitatio, inimicorum multorum signum est, qui per varia loca aggressi mortem minantur, nec concitationis suppressio (si euacuatio abest efflatu digna) aliquid ad salutem facit, ad mortem plurimum, quia pernitiosa sine signis leuantia mortem indicant. Itaq; non in partu sed in quoq; morbo, non difficilia, sed periculosa hæc sunt. quod si desideras quid per multorum concitationem intelligo, vno verbo dicam,

dicam,humorũ turgentiã eorũq́ue quoquo versum motum inordinatum, quem solet natura operari,cum aut quantitate aut quali tate praua grauatur & irritatur plurimum.

41 *Rigor in his infestus est, & alui turbatio, tum aliàs tum si præcordium doleant. Choacarũ. 567.*

Additio hæc est superiori sententiæ quę mali etiam additionẽ prębet,nam si vltra ea quæ dicta sunt rigor prehendat existimare oportet illud futurum in ægrotantis perniciem. Quia vacuationibus tentatis & nõ per fectis nil perfectum aduenire solet. Quòd si præcordium quodcũq́ue illud sit doleat multo peius est, recurrisse enim humores ad præcipua membra,& ab exterioribus ad interiora par est.

42 *Dolor ventris post partum purulenta purgat in his. Choacarum. 571.*

Dixerat ante colliquationem præter rationem in vterum gestantibus abortum facere,nunc in talibus innuit cum dolore vẽ tris purulenta purgari debere,quoniam col liquationibus purulenta maximè consonãt, quid autem per colliquationes intelligatur, hic,iam dico eam non esse propriè dictam quæ ab adurente calore fit in carnibus, sed quæ in humoribus à quolibet præter naturã calore,

calore, humores enim colliquati & putridi puris species præsentant.

Prægnantibus præcordij dolor malum, & alui his subeuntes malum, & insuper rigere his malũ, dolor ventris in talibus minus malum si limosa purgentur. Choacarum. 574. 43

Quidquid veri & constantis hæc habet sententia in prædictis est interpretatum, quod autem falsi & incerti præstat dimittere.

Quæ ex talibus facile pariunt post partum vehementer molestantur. Choacarum. 575. 44

Ad proximam superiorem refertur hæc, quam me non tenere ingenue fateor, non enim possum capere quare magis facile parientibus quam difficile molestię post partum superueniant, hac ratione hanc ab hoc libro expellere erat in animo, & hac plures aliàs eiusdem loci & farinę ad hunc pertinẽtes consulto prætereo, quod aut nil veri aut nihil præter ea quæ dicta sunt habeant.

Aetas.

SEcundum ætates hi morbi fiunt, nuper natis oris vlcera, vomitus, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflãmationes, aurium humiditates. 3. Aph. 24. 1

Codex Grecus non(hi morbi)sed talia habet,quod quidem melius cum doctrina Medica cohæret,vomitus enim,tusses, vigiliæ, & timores aut pauores non morbi sunt, sed morborum accidentia. Vlcera oris fieri verisimile est propter crebram suctionem, vomitus ob nimiam ingurgitationem ab appetitu puerili petitã, tusses & auriũ humiditates,ob humiditaté multam qua abũdant in cerebro,pauores à lactis corruptione,vmbilici inflãmationes à sãguine appetéte qué solebat cursum, horũ causæ omnibus patent, sed quare vigiliç contingant ignoro, humidissimi infantes sunt, tum in corpore toto, cum in sensiterio primo(vt verbis vtar Philosophi) procliuesque ad somnum magis quanto viciniores sunt natali suo, quare nũquam prædicerem eis vigilias futuras, ex præsentibus tamen auderem mortem proximam formidare tanquam ex morbo non proportionato, maximeque ætati huic dissimili.

Dentitionis tempore gingiuarum pruritus, febres,conuulsiones, alui profluuia maximè cum caninos edunt præsertim crassissimis,& qui aluo sunt dura.3..Aph.25.

Forte hæc non ratione ętatis vt quæ ante dicta sunt,& post dicentur contingunt, sed

ratione dentitionis. Dum enim dens incipit gingiuã terebrare molliter pruritum facit, cùm autem crescit terebratio non leuem sensationem tristem sed dolorem vehementẽ causatur, à quo sanguis accenditur febresque fiunt, sicut conuulsiones propter neruorum qui dentium radicibus inseruntur cõmunionem cum cerebro. Quod autẽ hęc magis accedant cùm canini dentes assurgere solent rationi est consonum, quoniam profundiores habent radices: Sicut alui profluuia verisimile est fieri eis à cruditatibus quas eo tempore multiplicant ob nimiam lactis ingestionem: dum enim eos plorantes pacare nutrices desiderant, millies papillas oribus ingerunt, natura crassioribus fieri magis supra dicta inquit, quia hi multis abũdant recrementis, sicut qui aluo sunt dura pluribus scatent excrementis.

Grandiusculis tonsillarum inflãmationes, vertebræ in occipitio luxationes introrsum, anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ pensiles, satiriasmi, stranguriæ, strumæ, & alia tubercula præcipue ante dicta. 3. *Aph.* 26. 3

Non video quid (quod intersit) afferam vltra Galeni commentum. Pręter ipsius Hippocrat. confirmationem circa vertebrarum occipitij luxationes, quas secũdo epidemiõ

pueris contigiſſe narrat,& quas nomine anginæ notat.

4 *Pueris febris acuta, aluus ſuppreſſa cum vigilijs, calcitrare & colorem mutare, & ruborem habere conuulſorium. Choac.* 118.

Symptomata hæc ſunt quæ criſes antecedere ſolent, omnia inquam & maxime conuulſiones, nam (vt in verbo conuulſio dicetur poſtmodum) puer ob debilitatem animalis virtutis eiuſque inſtrumentorum, facile in conuulſiones incidit, quod quidem manifeſto apparet in morbilis & variolis, in quibus ſępe ſępius contingere conuulſiones ſolent expulſionis tempore, hoc quod à me nunc dictum eſt, cõfirmat ſententia ſequens quæ habet.

5 *Pueris circa criticas afflictiones plerumq; conuulſiones.* 1. *epid. conſtitutione.* 2. *text. comment.* 24. & 57.

Hoc etiam confirmat documentum ſequens atq; ſimul præſcribit morbũ in quo ſpaſmus pueros conuellit.

6 *Pueris verò cõuulſiones fiunt ſi febris acuta fuerit, & venter non excernat, & vigilent ac perterreantur, & lugeant & colorẽ mutent, & chlorus vel liuidus vel rubicundus emergat. Fiunt autem hæc promptiſſimæ pueris quam primum editis vſque ad ſeptimum annum, adultiores tamen pue-*

ri

ri & viri non amplius per febres conuelluntur, nisi aliquod signum accesserit vehementissimum ac pessimum, qualia in phraeniticis fiunt. 3. prognost. 34.

Satis superque de hoc iam dictum est & à Galeno & à reliquis enarratoribus.

Morituros autem ac liberandos ex pueris atque alijs conijcere per omnia signa, quemadmodum in singulis singula scripta sunt. 3. prognost. 35. 7

Ob hoc quod sententia habet secundo loco, atque alijs scilicet, ad generalia procul dubio pertinet, at ob hoc quod ex pueris inquit, in prima parte, ad nostram dispositionem respicit quæ hic de ætatibus agit, circa quam parum habemus præter id quod à Galeno fertur, sed nec Galen. multum habet vltra illud quod ipse Hippocrates tenet in præsenti.

Puerorum effulgescentiæ vna cum pubertate quibusdam mutationes habent & aliàs, & reliqua. 6. epidemion parte. 1. tex. 5. 8

Sicut & omnium rerum vicissitudines ita & ætatum contemplantur (& commode quidem in prognostico) qui enim à principio infantię epilepsiam patiuntur, à generatione ortam existimare cōuenit, quam aggredi medicamentis non oportet, tum

ob eius difficultatem à natura contractam, tum etiam quia teneri pueri medicamenta ferre nequeunt. Præstat ergo ętatem calidiorem & ſicciorem expectare, quæ morbum ab humido & frigido in habitu ſuperet. Hæc Hippocratis mens, & à Galeni ſententia non abhorrens, ex quibus conjectare poteris quantum ars prognoſtica curatiuæ proſit, qui enim puerulorum epilepſias curant ab ortu contractas, eos proculdubio necant. Ago de his qui ætatem expectare valent adultam.

9 *Grandioribus & ad pubertatem accedentibus, multi ex prædictis, & febres diuturniores potius, & ex naribus ſanguinis fluxiones.* 3. *Aphoriſ.* 27.

Si ætatum quatuor aliqua eſt cum temporibus quatuor ordinatio, nulli dubium eſt quod infantia hyemi, pubertas veri, iuuentus æſtati, & ſenectus autumno reſpondeat. Quare veriſimile eſt puberes ſanguinis aggregare copiam, ab eaque fluxum manare. Hæc de poſteriore prognoſtici parte: de priore poſſet aliquis dubitare quamobrem grandioribus febres contingant longiores, cui reſponderi poteſt hoc euenire ob ſanguinis cumu- latam

latam copiam, ex qua ipse sanguis recrudescit, vt alibi paulo ante insinuauimus.

Pueris maximam partem morbi iudicantur, alij intra dies quadraginta, nonnulli intra septem menses, quidam intra annos septem, alij etiam ipsis ad pubertatem accedentibus: qui vero permanserint, nec pueris circa pubertatem, nec fœminis cum menstrua erumpunt soluti fuerint inueterascere consueuerunt. 3. Aphoris. 28. 10

Non hic per iudicium existimare oportet subitam illam mutationem, quæ inscriptionem dedit libris de crisibus, sed quamlibet morbi solutionem, quam expectare oportet ætate consequente merito, vtpote robustiore ad expellendum & validiore ad coquendum & digerendum. Habes Hippocrat. 6. Epid. parte. 1. tex. 5. sui confirmatorem.

Morbi hi ante pubertatem non fiunt pulmonia, pleuritis, podagra, nephritis, varix, sanguinis fluxus, cancer non congenitus, vitiligo, defluxus spinalis medullæ, hemorrhois, volualus, si non congenita, verum ab anno 14. ad quadragesimum secundum natura omnis morbi ferax: ab hac ætate ad sexagesimum tertium annum nō fiunt strumæ, 11

nec

nec lapis in vesica nisi prius existat, nec defluxus medullæ spinalis, nec nephritis nisi ex alia ætate adsint, nec hemorrhoides, nec sanguinis fluxus, hi vsque ad senectam absunt morbi. Choaca. 562.

Digna hæc sententia est vt inter Hippocratis dignissimas reponatur, ante pubertatem enim pulmonia & pleuritis sanguinis fluxus & varix, non fiunt merito frequenter, quod ætas hæc sanguine & atra bile non abundet, eadem etiam ratione nec hemorrhoides, & podagra, quia ętas pubertatem præcedens casta est, nephritis quoniam calor non vrens sed mulciber & lenis, cancer & vitiligo, quoniam ea ętas nec melancholicum (vt dixi) nec sale affectum gignit humorem, hoc ratione materię, at facultatis ratione vitiligo non fit, quoniam vis naturalis in ea robustissima est, ob quam etiam causam nec voluulis afficitur, sed forte aliquis interrogabit, quare voluuli à materia crudiore circa intestina gracilia fieri nequeant puerulis, quibus lapides in vesica gigni soleant, vt ante dictum est. Cui quæstioni alium respondere desideramus, quod si nostrã amas sententiã, dicimus ideo fieri, quia & natiuus calor fortior est

in tenuibus inteſtini, & via amplior quam in veſica cuius collum anguſtum eſt nimis, hi morbi ſupra ſcripti ob dictas rationes minoribus abeſſe ſolent, ſicut & maioribus verſus annos ſexagintatres, ſtrume & lapis in veſica, & reliqua, ſtrumæ quia non ſunt ita curaces, lapis in veſica, quia abeſt calor qui eum cōgreget, ob id etiam & nephritis quē admodū, nec hemorrhoides nec ſanguinis fluxus ob ſanguinis penuriam, in ſpinalem medullā & pueri, & ſeniores, carent deflu-xionibus hi quoniam partes habent ſpina debiliores in quas natura pellit excrementa vt renes, veſicam, articulos, illi vero quia facultate expultrice forti humiditatem capitis foras per nares excernūt: vnde eſt quod egeant emunctione perpetua, media vero vtpote vtriuſq; particeps omniū morborū ferax merito obſeruatur. Hæc prognoſtica tam negatiua quam affirmatiua vera quidem vt plurimum in his reperies, quod ſi alia quæ ſecundum tumores apud Hippoc. libros exiſtunt deſideras, habes infra hunc text.

At vero quod ad ætates attinet tubercula qui
de ſuppurata fiunt & ſtrumoſa hæc plurimos pue- 12
ros occupant, & facillime ex ipſis liberantur, ſenio
ribus vero pueris & adoleſcentibus, minus

 quidem

quidem oriuntur, verum difficilius ab ipsis liberantur, viris autem talia quidem tubercula non valde fiunt, verum ceria Grecis dicta, ad modum faui concreta horrenda & cancri occulti submersi & ex pustulis nocturnis herpetes donec sexaginta annos transmiserint; senibus vero nil talium tuberculorum accedit verum cancri occulti & summas partes occupantes & commoriuntur. 2. prorrhetic.

Existimo deficere huic sententiæ particulam quam inter vero & pueris, ita vt sit ita exposita, senioribus vero (quam pueris) & adolescentibus alias intelligi nequit, aut saltem mens mea capere qualiter cum prædictis & cum veritate cohæreat.

13 *Iuuenibus hemoptoicæ tabes acutæ epilepsiæ, & alijs sed præcipuè dicti. 3. Aphor. 29.*

Causa est in promptu hemoptoica à sanguine & ab illa tabes.

14 *Vltra hanc ætatem asthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides ardentes, diuturnia alui profluuia, choleræ, disenteriæ, lienteriæ, hemorrhoides. 3. Apho. 3.*

Et hæc à Galeno explanata satis.

15 *Senibus spirandi difficultates, distillationes cū tussi, stranguriæ, disuriæ, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexiæ, cachexiæ, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui, oculorum, & aurium*

*rium humiditates, auditus & visus obtusior, glaucoma.3.Aphor.*31.

Aetas hæc est quam mediam & omniũ morborum feracem ante diximus. Nã qui valde sunt senes nephritica affectione corripi non solent, quod eis calor desit ad coagulandos humores crassos in lapides. Itaque hæc sententia velut particula est sententiæ sextæ, quæ à Choacis prænotionibus excepta fuit, aut si mauis sententia hęc est antiqua, illa vero quæ additiones inuentis ante exhibet.

*A quadragesimo anno, vsque ad sexagesimum apoplexiæ maximæ fiunt.6.Aphor.*57. 16

De hac dicetur postea in verbo apoplexia.

*In senectà relinquunt morbi connutriti concoctione solutione & rarefactione.6.Epid.parte.*5. 17
text.6.

Non quilibet morbi connutriti cessant, nam destillationes non modo cõnutritę verum & recentes in valde senibus coctionẽ non admittũt (vt verbo destilatio liquebit) sed morbi qui à nimia bile vel copioso sanguine pendent de quibus text. 11. huius.in modis etiam solutionum iners existit huius lib.autor, vt apud Gal.loco proprio est videre.

18 *Aetates quædam se habent bene vel male ad tempora & loca.3.Aphor.3.*

Cùm vita hominis in æqua mediocritate sita sit & ætates ferè omnes ab ea recedant, rationi consonum est eas iuuari, at contrarijs, senioresque in tempore, & regione calidis quam in frigidis: sicut contra iuuenes melius se habere in frigidis quam calidis.

Febres.



1 *Ebres simplicissimæ ac signis firmatæ securissimis quarto die aut citius cessant, pessimæ & cum signis grauissimis quarto die aut citius interimunt.* 3.*Prognostic.* 1. & *lib. iudiciorum.*

Acutę hæ febres sunt (vt ex Galeno.1.de crisibus fit manifestum) subitas enim mutationes pati solent. Et respectu vulgi Medici cum periculo. Non autem apud artifices qui cum bono pulsu, & vrina bona, & reliquis bonis signis, nil de salutis periculo formidantur.

2 *Febrem accidere conuulsioni satius est quam conuulsionem febri.2.Apho.26.*

Doctrinalem sed non perpetuam hanc intelligi potest: namque conuulsioni diariā super accedere cui post acuta, & cui post

mors, post etiam febri superuenire conuulsionem dictam non proportionatam, quæ cum ab humore pendeat non erit difficilis nimis.

Quibus per febres sanguinis eruperit copia cõualescentibus ventres humectantur.4. Apho.27. 3

Cùm sanguis sit natiui calidi influentis sedes quo natura & est & seruatur, verisimi le erit post nimiam eius vacuationem ventres reddi frigidiores, ineptioresque ad concoquendum alimenta, ad quod accedit etiã quod conualescentiæ tempora plura ingeri solent appetente natura, quod vacuum est restitui sibi.

Quibus accessiones fiunt quacunque hora febris dimiserit eadem si postero die repetat iudicatu difficiles.4. Aphor.30. 4

Qui affectus per accessiones mutantur, veluti in dispositione, sunt facilè mobiles à subiecto: qui vero non mutant suarum accessionum tempora veluti in habitu difficile mobili, hęc sit vniuersalior rei causa quod si particularem, aut vero specialem inuenire desideras Gal. hic consule.

Febres quæ tertio quoque die vehementius affligunt periculosæ, quoquo autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.4. Aph.43. 5

Vt plantæ morbi suas habent ætates &

augmenta, qui quidem aliquando inter initia ad infebricitationem deueniẽt, post vero continuæ fieri solent, & periculosæ. Quare animaduertere oportet non quaslibet febres tertianarias, quæ ad infebricitationem deueniant securas esse, sed solummodo eas quæ in statu sint vniuersali, aduertere etiam oportet has febres si intermittentes inueniãtur non per vnam aut quatuor horas intermittere solere sed ad minus per duodecim, hoc est per quartam totius circuitus partẽ vt videre licet apud Galenũ. 6. Epidemion parte.2.text.27.

6 *Quos febres longæ exercent his ad articulos labores fiunt.4. Aphor.44.*

Qui labor sit habes à Galeno.2. Aphorismo.1. (idque in genere) significat enim læsionem aut laborem, quid autem in specie sit ab hoc loco capere potes, lassitudinem scilicet, quæ enim febres lassitudinariæ sunt in articulos solẽt terminari, causam quære à verbo, articulus.

7 *Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit solet reuerti.4. Apho.61.*

Ad materiam de crisi spectare hæc videtur quando ad eam accesserimus (nisi forte memoria excidit) de ea dicemus.

8 *Si febre non ex bile orta multa aqua calida*

capiti

*capiti superfusa morbum soluit . 7 . Aphorismorum.*42.

Nec hoc mihi arridet , putridarum enim maior pars à diaria incipit , cui capitis lauatio incalida proculdubio noceret . Dicet aliquis hanc sententiam non ad prognosticam , sed ad curatiuam pertinere , at nos eam facimus prognosticam , dum futurum ab hoc remedio damnum prædicimus . Quoniam topicum cùm sit ante euacuationes vniuersales administrari rectè nequit casu supra posito,quod febris putrida sit futura , fateor difficile nosse, ventura sit & affirmo meliorem esse prohibentis conditionem,hoc in casu.

Senibus acutæ febres non fiunt quia frigidum est eorum corpus. 1 *. Aphor.* 14. 9

Prope semper merito sic fieri contingit ; quod si quando contra videris periculum prædicito , tum à morbi magnitudine cum virium debilitate , cum etiam ab improportione morbi cum ætate.

Quibus febres graues & implacidæ sunt & hypochondria contendunt , iacentesque se continere nequeunt , & extrema frigent , absolutissima tum diligentia , tum custodia indigent. 4.*acutarum*.45.&.55. 10

Non inquit libri autor quibus accesſio eſt implacida & reliqua, nam potuiſſet in criſem bonam deſinere, ſed quibus febres firmitudinem ex numero exacerbationum capiunt, merito ergo tales febrientes periculoſi, atque etiam periculoſiſsimi ſunt: quoniam ſymptomata hæc non ſine magno diſcrimine apparere ſolent. Quorum cauſas tacemus ne nimis immoremur in his quæ ab alijs probe ſcripta ſunt, præſertim à Galeno hoc loco.

11 *Inconſtantes febres ſinere oportet donec conſtent, vbi conſtiterint victu, & curatione conuenienti pugnabis, quod naturale eſt, contemplatus. 4. acut. 50.*

Sunt qui inconſtantes febres errabũdis commiſcent, ignorantes errabundas illas eſſe quæ typum certum non ſeruãt, inconſtãtes vero quas circa text. hunc Galen. ait, ſcilicet, non ſolum circa periodos verum etiã circa vrinas varias eſſe, ita vt ter & quater interdiu diſsimiles demonſtrent vrinas. Habes apud Hippocratem. 3. Epid. parte. 3. text. 64. manifeſtam differentiam cũm inquit, multę & alię febrium formæ populatæ ſunt tertianarum, quartanarum, nocturnarum continuarum, continuarum lõgarum, errabundarum, implacidarum, & inconſtan-

tium

tium. Ecce vbi errabundam ab inconſtanti ſeparat autor,tales inconſtantes ſunt& dicũ tur febres, ſed quorſum hæc quę potius ad diagnoſticam pertinent? fateor me abſtra-ctum ab intento ſed liceat me magis abſtra here & curatiuã attingere, de qua quod ſen-tio eſt ſic, ex his febribus quæ inconſtan-ter mouentur alię lentè alie acutè motionẽ ſortiuntur ſuam , in his quæ lentæ & ſinę periculo ſunt,ſine periculo cunctari poteris donec cõſtiterint ſola appoſita victus ratio nė contentus,aut vt Auicẽnæ verbis vtar,ſi ęgritudinem ignoras ſubtilia regimen, at ſi acutiùs mouentur,& cum aliquo diſcrimi-ne vitæ, videor mihi te non debere differre auxilia, ſed ſtatim oppugnare, ne mors ho-minem prępipiat ante quam morbus con-ſtet.

In febri hyemali lingua aſpera animæque defe-ctiones,tametſi febris remitti cõſueuit. Mortis pe riculum.4. acutarum.59. 12

Aſpera lingua in hyemali febre tanquã improportionale rei ſignificat grauitatem, animę verò defectiones ſolę per ſe grauiſsi mę ſunt,cùm ergo omnia hæc concurrant impoſsibile eſt ęgrum nõ peſsime habere. Cùm ergo ſic habentibus febris remittitur mortem ſignificat proculdubio proximã,

& naturam adeo esse prostratam vt aduersum causas morbificas non insurgat, vt aliàs dictum fuit in generalibus num.6.

13 *Cum febribus quinta die terrificum (reliqua quære) 4. acutarum tex. 60. & 66.*

Sindromes concursusque signorum longus hic est quem forte libri autor semel inspexit, aut forte non vidit, sed ex his quæ. 1. Epid. de quintana febre scripta sunt arguerit in continuis motum per quinarios dies pessimum esse.

14 *Febres ex præcordiorum dolore malignæ sopor in his pessimus est. Choac. 36. & prorhet. 1.*

Quantam habeat veritatem documentū hoc explicat Galen. 3. Epid. parte. 2. in prooemio, illuc te conuerte, vbi quid de eo merito dici possit, inuenies.

15 *Febres ex doloribus vehementibus diuturnæ. Choac. 82.*

Raro contingit vt vehementes dolores diuturni sint, nam aut afflatu, aut ab acri humore fieri nati sunt, qui quidem non difficilem habent solutionem, quod si dolores diuturni non sunt, nec febres (quæ illorum sunt effecta) esse poterunt, solent aliquando comitari febres longæ dolores longos in tumoribus præter naturam, qui ad suppurationem sensim tendunt: hi tamen vehemen

tes esse non consueuere. Quod si quando in longis affectibus dolores vehementes inueniantur, vt in morbo Venereo aut absque febri erunt, aut sicum ea talis hęc erit, vt à doloribus non pendeat.

In febribus longis aut tubercula aut dolores in articulos fiunt, & facti non sunt inutiles. Choac. 127. 16

De hac vt dictũ est numero. 6. huius, erit aliàs sermo cùm de affectibus articulorum se obtulerit occasio.

Febres liptriæ non accedente bilis sursum aut deorsum effusione non soluuntur. 129. 17

Qui ab inflāmatione membri interioris febricitant, à nomine affecti membri suam capiunt denominationem: alij enim ab hepate affecto hepatici & qui ab splene splenitici dicũtur, & sic de singulis, à loci passione & non à febre nomen sumentes, quod si nomen à febre talibus indere vis, non poteris peculiare alicui, sed omnibus commune hoc est lipiria, in qua exteriora frigent & interiora vruntur raptis humoribus, sanguine & spiritu (vt Galeni vtar verbis) à membro affecto ritu cucurbitulæ, biliosæ hæ affectiones sępius sunt: quas si vomitus à bile, aut biliosa deiectio exceperit, verisimile est ægrum iuuandum vacuata materia antece-

dente vbi apostema est,& vacuata coniuncta in lipirijs,quibus adhuc apostema factũ non fuit:est enim species quædam lipiriȩ sine apostemate quã inuenies apud Auicẽnã, loco proprio de lipiria febre. Vtcumque tamen inflammatio dici potest, inflammatio enim hoc est phlogosis, vtrũque significat & calidum apostema & incendium ab humore non apostemante,aduertere etiam circa sententiam conuenit Hippocrat.non docere quod vomitui aut deiectioni biliosȩ futura sit salus necesse; possunt etiam hæc in perniciem ęgrotantis fieri,sed salutem futuram minime nisi aliqua earum vacuationũ superueniat tempestiua.

18 *In ardenti si aluus eruperit lethale.(Choac.171. & 254.*

Repugnat hoc tum ei quod ante à nobis dictum est tum etiam ei quod iam dicimus, ardentes febres à bile fiunt aceruata in hepatis simis & in ventriculo, vt Galen.1. Epid. parte.3.text.19.&.20.quod.1.Epid. parte.2. tex.73.extendit magis dicens, ardentes fiũt febres cum bilis vna cum sanguine accenditur,inuasis prȩsertim iecoris lienis pulmonis & ventris. Si ergo & humor peccãs aptus est deiectionibus,quare lethalis erit in ardentibus ventris fluxus?quem bonum in talibus

 expe-

experimur sæpe, quemadmodum & sudorem qui forte non adeo firmiter iudicat sicut alui deiectio.

Quæcumque signa febri se opponunt & non abscessus significationem habent, maligna sunt. Choac. 158. 19

Calida & sicca passio febris est vt à Galen. 1. Aph. accepimus: nam & si calor solummodo eius essentiam compleat, tamen quoniam huic actiuę qualitati passiua alia succedit semper siccitas scilicet merito febris calore & siccitate finitur. Quæ verò his duabus qualitatibus signa se opponunt & frigida & humida esse debent, talia erunt in acuta vehementi non calere nimis & non sitire valde: cum ergo hæc adsunt humorum crudorum copia significatur, quam sequi solet abscessus si viriũ adsit robur, vt capite de abscessibus melius innotescet, si autem abscessus non adsit significatio, aderit proculdubio deficientis virtutis, immò verò ex deficiẽtis virtutis signo, significatio absfuturi abscessus aderit, atq; perinde morbi grauioris maligniq; quales sunt qui cũ humorum crudorũ copia & viriũ debilitate inuadunt.

Febres quæ nec in indicatorijs nec post solutorium signum decesserunt, recidiuant. 3. *prog.* 22. *& Choac.* 159. 20

Humorum vacuatio securitatem promittit iudicio, dies vero iudicatoriam firmitudinem, si ergo sine die fiat morbi leuatio infirma erit, & quam recidiua consequi solet. Si verò sine euacuatione timenda tanquam periculosa nimis, & tanquam perniciosum leuans sine signis. Cùm enim (vt Galenus 3. Epid. part. 1. text. 2.) acutis febribus humorũ putredo comes sit, humores putridi retenti & sopiti clam ęgris mortem parabunt necessario.

21 *Febres intermittentes ob suppurationem plerǽq; sudorificæ. Choac. 467.*

Plurimę ex intermittẽtibꝰ accessionibus sudoribꝰ finiri solent, ex quo natũ est apud vulgꝰ sudorẽ pręteritę accessionis futurę signũ esse, idq; tã in exquisitis quã in nothis tertianis obseruatũ est, de illis quidẽ. 1. de crisibꝰ â Gal. scriptũ est, qui ait (loquens de exactis) eas vomitibus & sudoribus finiri. De his verò nõ memini loqutũ eũ, sed sit satis quod tu experimẽto probas quotidie, nõ solũ in spurijs tertianis verũ etiã sæpe in quartanis. Sed oportet sentẽtiã intelligere de sudoribꝰ particulariũ accessionũ, nõ de vniuersalibus totius morbi: febris enim intermittens solui tanquam paruus morbus, & nõ tanquam magnus iudicari solet: quod autẽ ait ob suppura-

purationem non teneo, ab hac enim non intermittentes sed continuæ fiunt, nec possumus per suppurationem putridas febres intelligere: omnes enim intermittentes putridæ sunt etiam.

Tertiana.

Tertiana exquisita septenis ad vltimum circuitibus terminatur.4.Aph.59.& in Choac.161. 22

Non eadem sententia est quæ in Aphorismis & quæ in choacis habetur, hæc namque ad quinque contrahit, & ad nouem extendit: contractionem recipere conuenit, vt pote quæ nec Hippocraticę sententiæ, nec experimento aduersatur.

Febres tertianæ naturam referentes cùm anxietudine malignæ.Choac.38. 23

Non modo continuas quas biliosas vocāt anxiosas, & malignas periculosasque experimur quotidie, sed aliquando (licet raro) intermittētes etiā. Quid quod ante ex Hippo. (sentētias) diximus? nūquid febres intermittētes periculosæ? ratione quidem earum & quantum ad febrium naturam securæ sunt propter causas illic traditas. Verum nil obstat ratione alicuius symptomatis difficiles atque lethales fieri, potest namque symptoma solum hominem tollere, quanto magis febri copulatū. Solū inquā sine febri

non

non enim effectus esse potest absque efficiente, nec symptoma sine causa quæ aliàs morbi subit nomen.

24 *Febres tertianæ naturā referentes erroneæ in pares dies translapsæ difficiles. Choac. 43. 60. 65.*

Febres erroneę sed maiori ex parte tertianę modo in continuas modo in intermittẽtes transeant difficiles, quia continue motæ per pares periculosę & intermittentes lõgę.

25 *Qui in tertianis febribus dolores exacerũantur tertianarum generis morbum faciunt & grumosum sanguinem egerunt. Choac. 132.*

Melius forte dixisset tenuem & biliosum sanguinem, hic enim magis morbis biliosis concordat, verum nec hoc nec illud habet firmam veritatem, sed fortunatam & casu contingentem. Sæpe namq; dolores hi aut alia excretione (aut etiam absque alia quam quæ per insensilem fit halitum) soluuntur, præter falsitatem manifestam & obscuritatẽ habet oratio, quid enim sibi vult in tertianis dolores morbum facere tertianariũ?

26 *Quæ tertianæ naturā referunt nox ante accessionem difficilis. 6. Epid. parte. 2. tex. 27.*

Ita lõgus pulcherq; super hãc Galenus loco proprio existit, vt si aliqua vellemus addere digni reprehensione haberemur, ac si liram ab Apolline, aut clauam ab Hercule aufer-

auferre tentassemus. Præstat ergo nos super hac tacere, & vos ad Galenum gradus côuertere, ibi quæ sit febris naturam tertianæ refe rens quidque tertiana ipsa, vtque in hac (exquisita præsertim) non contingat nox ante accessionẽ difficilis, & quare, nisi crisis futura sit: tunc enim lex vniuersalior, quæ habet quibus futura crisis particularem de accessionibus exquisitę tertianæ derogat.

Quartana.

VI quartana corripiuntur magno morbo non capiuntur, si vero prius capiantur & superueniat quartana, vindicantur. 6. Epid. part. 2. 6. text. penultimo. 27

Non modo quartanarij ab epileptico morbo (quem permagnum significari certum est) sed à quolibet etiam alio magno liberantur, materia scilicet per longam affectionem consumpta: nec hoc solum huic affectui contingit, sed omni alij ex humorum defluxu facto ob eandem rationem. Hoc ita est si ægri tẽperanter vixerint, qui enim intẽperati, incontinentes ve sunt, alios morbos cumulant, inter quos pleuritis periculosa magis esse solet quartanæ superueniens quam acuta febris de qua tex. sequens.

28 *Quartanæ febres hibernæ leniter in acutos morbos tranſeunt. Choac.* 173.

Variæ diſpoſitiones à quartanis tam autumnalibus quam hibernis fieri ſolent: aliæ namque manent, aliæ mutantur, & quæ manent incipiunt ſimplices, & duplices & triplices fieri conſueuere, aliæ non duplicantur ſed in continuas tranſeunt, & quandoque acutas. Quare autem hibernæ quartanæ potius in continuas acutaſque terminantur? num quia materia copioſior aggregatur ob ingluuiem & minus digeritur ob deſidiam & obſtructionem cutis?

29 *Qui quartana capiuntur non admodum conuulſionibus tentantur, ſi prius tentati ſuperuenientibus liberantur.* 5. *Apho.* 7.

Quod in genere tenet ſententia ſupra ſcripta num. 27. hæc habet in ſpecie.

30 *Quartanis incipientibus egeſtio larga difficillima. Choac.* 720.

Nil naturæ lege inter morborum initia excernitur, ſic & in quartana.

Pulſus.

1 *SI vero pulſus inſit in hypochondrio perturbationem ſignificat aut delirium, ſed oculos talium inſpicere oportet, ſi enim*

pupillæ

pupillæ frequenter mouent hos valde insanire sperandum est. 1 *.prog.* 24.

Agnouit Hippocrates motum pulsus & arteriarum, ei tamen nomen pulsus non indidit nisi cum absque digitorum contactu motus illi à patiente sentiuntur, quod fit dilatationis tempore quando arteria plus iusto dilatatur, vt in aliquot animi affectibus contingit: aut quando ita pars inflāmata est vt arteriç carnem inflammatam feriant, & sensum faciant quem pulsatorium dicimus. Sic ergo res se habet de nomine, at ad rem de re deuenientes dicimus, quod duo sunt quæ potissima habet ars Medica signa, alterum pulsus, alterum vrina est: quod si ita accuratè doctrinam illius, ac huius Hippocrates reliquisset, qualē Æsculapiū fuisse aiunt talem illum fuisse arbitrarer. Sed aliter se habet res apud Hippocratem, qui etsi rem cognouit per pulsum significatam, non tamē essentiam, dignotionem, differentias & præsagationes manifestauit nobis. Adest Gale. qui lib. 17. super hæc scripsit in quibus multa vera demonstrauit: & multa depinxit verisimilia. Pulsus ergo qui ab Hippocrate in præsenti sententia habetur vbique sanguinis significat copiam, quod si in hypochondrio sit, prçsertim septo transuerso, ventriculo

lo, aut liene verisimile est futuram mentis perturbationem, cerebro per neruos compatiente. Quod vero de motione inquit oculorum, in verbo oculus tractandum postea est.

2 *A forti in vlceribus pulsu hemorrhagia malũ 7. Aphoris. 21.*

Non per hemorrhagiam sanguinis è naribus fluorem (vt Galen. 1. Epid. parte. 1. tex. 9. proprie significare ait) intelligere oportet, vt qui parum mali portenderet. Sed illũ qui ab ipso vlcere fluit. Hic quidem periculosus merito habetur si superfluit: verisimile enim est ab arteriæ ruptione aut excesione fieri, quarum prior ab exuberanti copia sanguinis, at posterior à praua qualitate contingit. A quibus duplex impendet periculũ aut difficultas, & mortis proximę à nimio fluxu, & vlceris cacoethes ab intemperie maligna.

3 *Vbi vena in cubito pulsat insanum furibundũ quę est. 2. Epid. lib.*

Vel hunc etiam constat, quod ante dictum iam est de venarum aut arteriarum pulsu, tunc ab Hippocrate dici cum motu violento tristique sensatione illę mouentur, sed de sententiæ veritate dubitamus, qui nec experimento nec ratione probamus.

Si venæ

Si venæ pulsarint, & facies sana fuerit, & præ 4
cordia nō mollia sed tumida, diuturnus est morbus & absque conuulsione non soluitur, aut multa sanguinis è naribus fluxione aut vehementi dolore: lib: iudic.

Liber de iudicationibus genuinus ab omnibus existimatur, at non hæc sententia à nobis: cōtinet enim signa heterogenea & quæ non cohęrent, nec habent longitudinis significationem, conuulsionis multo minus, hemorrhagiæ fortè.

Quibus febrientibus rubores in facie, dolor ca 5
pitis, & venarum pulsus, sanguinis fluxio plerunq; contingit. Choac. 151.

Quandoque legitimi patres spurios procreant filios, sicut superior sententia, spuria quidem à legitimo libro. quandoque contra vt præsens, quæ cum ab ascripto apocryphoque libello desumatur, verax quidē est ac ex sacris Hippocratis libris diuersis in locis roborata, signa enim omnia vnius generis sunt, sanguineam copiam significantia, quam hemorrhagia fere semper sequitur.

Quibus per pulsationis venarum vehemētiam 6
stercus repente secedit lethale. Choac. 397.

Timore perculsis sanguis ad cor principiū & fontem natiui caloris contrahitur, ex quo

fit vt venæ arteriæ scilicet,sicut & cor vehe mentius moueantur,vt pellant id quo mole statur: Aut si mauis mouentur ad cordis mo tum conantis se exonerare debilitatur & lã guet cor in hoc affectu,ac cum eo omnes se re vires concidunt, inter quas retentrix in testinorum, vnde timidi inuoluntarie solẽt stercus emittere,sed sine vitę discrimine. Non ergo de his sententia lata est,sed de pul sationibus ab aliquo cordis affectu per essen tiam genito.

7 *Calidior venula sanguinis multitudine exustũ procreat illico secernit. 6.Epid.parte.6.text.2.*

Forte hæc aliena ab instituto est nostro, quod si eius notitia hic tibi placet, quia de arteria agit Galen. commentum huc trans-fer.

Vrina.

1 *VRina sit quanta iuxta potus copiam, & aceruata,& paulo crassior potu ipso; si aquosior & copiosior ægri inobedientiam nunciat, vtique copiosiore potu aut non renutriri.2.prorrhet.text.6.*

Non hic malum aut bonum ægro futurum per talem indicatur vrinam, sed ægri continentiam aut incontinentiam præteri-tam,at præsagium quidem est etiam si cir-

ca præterita verſetur, non enim minus demirandus eſt vates qui præterita, quæ non vidit, & præſentia quæ non videt nunciat, quam ille qui futura prædicit. Dices forſan quid Medico aut infirmo intereſt hæc cognoſcere? plurimum inquã: ſciens enim qua inimici te aggreſſuri ſunt melius eorum offenſionibꝰ poteris occurrere: omitto quod magis audebunt ęgri ſe tibi committere, quod autem ait aut non renutriri ad tempus ſanitatis aut conualeſcentię reſpicit, raro enim ægri (præſertim in acutis) renutriuntur eſſatu digna nutritione.

Vrina optima cuius ſedimentum album leue & æquale per totum tempus donec morbus iudicetur ſecuritatem, & breuitatem ſignificat. Si vero intermittat longior & minus ſecurus morbus eſt. 2. Prognoſt. text. 26. & lib. de iudicationibus. 2

Non hæc vaticinatio de præteritis & de conualeſcentiæ aut ſanitatis tempore, ſed de futuris in morbo eſt, de qua nil fere habemus quod dicamus præter ea quæ à Gal. & alijs pulcherrimè tradita ſunt, Niſi cõmendare huius excrementi diligentem contemplationem, tanquam ſaluti hominũ neceſſariam magis, in omnibus morbis: nam etiam ſi Galen l. 3. Epid. parte. 2. in hiſtoria,

voluulo-

voluulose apud Tisamenum) significat esse aliquot morbos quibus vrinarum speculatio sit superuacanea, tamē idem eodem loco sese velut interpretans inquit deberi vrinas in omni morbo contemplari, quoniam si circa voluulosam affectionem & alias, quæ extra venas sunt significationē non præstant, præstabunt saltim qualiter se habeat sanguinea massa, quæ quidem materiam antecedētem præbere solet morbis extra venosum genus. Aut saltim si febris putrida sit aut cōstitutione diaria innotescet. Galen. equidē 6. Epid. parte. 1. text. insignis ab vrina tantam tribuit vim vt vel solis ipsis adhibenda sit fides, hoc sit dictum in vniuersum, & plurima ex parte: nam idem Galeno. 3. de præsagatione ex pulsibus cap. 4. & Auicenna capite de Febri pestilenti, cum febri parua, & pulsu bono, & vrina bona nonnulli ægri obierunt diem suum.

3 *Si vrina subrubra & sedimentum subrubrū, ac leue diuturnior priore morbus est, & salutaris valde. 2. prog. 27. & lib. de iudicationibus.*

Galenus in lib. Epid. non semel, ait has vrinas significare copiam sanguinis non exquisite confecti: quapropter si mora necessaria erit, ad eius coctionem, necessaria etiā erit ad afferendam salutem. Quod autem ait

securas

securas magis & salutares quam illę quæ in sedimentis intermittunt, bene verum est. Illæ enim modo vincere modo vinci naturã demonstrant, hę verò naturam victoriam incipere quam prosequi solet, dubitauerit aliquis quare Hippocrates subrubentium vrinarum memoriam fecerit oblitus rubrarum & perrubrarũ: ad hoc respondeo quod ex illis remissis poteris arguere harum intensarum significationem, quas Galen. 3. Epid. par. 1. tex. 5. ait longitudinem significare maiorem. Si enim cui minus videtur in esse inest ergo cui magis inerit. Duas species videbis vrinarum huiusmodi, aut perspicuas de quibus in præsentiarum, aut confusas, quæ quidem non in chronicis solum verum etiam in acutis contingunt, & quæ sæpe malignitate, & aliquando sine vlla malitia crisem per sudorem nuntiant. Est etiam animaduertendum quod sæpenumero natura fortis prauam vincens affectionem, prauum expellit humorem. Quod non signum malum sed optima erit causa, vt contigit Cleonacti in lib. Epid. qui iudicatus est perfecte eo die quo vrina plurimum habuit sedimẽtum rubrum.

4 *Si sedimentum referat speciem farinæ crassioris malum, deterius si squamularum forma, si tenue*

& candidum valde vitiosum est furfuraceum deterior.2.prog.22.

Pessima hæc sunt sedimenta in acutis, & crassorum copiam significantia, quam breui tẽpore natura coquere nequit, nec tamẽ ea particulas corporis esse posse existimo, sed vt ante dixi excrementa quæ difficillima cõ coctu sunt, obijt.1.epid.parte tertia, Sylenus, qui multa minxit cum sedimento simili farinę crassioris. Obijt etiam eodem loco Phileni vxor. Quare autẽ postrema peiora sint quam sedimenta priora, ab alijs quære qui forte melius tibi quam mihi satisfacient. Sed illi alia incedunt via.

5 *Nubecula in vrina si candida bona, si nigra vitiosa.2.prog.29.*

In præcedenti sententia candorem & tenuitatem in sedimentis damnauit, hic candorem in nubecula probat. Attẽtione opus est vt inter vtrunque distinctionem capias. Sæpe quidem Medici decipiuntur specie recti, & laudabile iudicant contentum quod vitiosissimum existit, & albedinem laudãt, quæ cùm in crassis consideat succis illaudabilis & praua est, quæ quidem alba contenta vera sunt, & coctionem demonstrantia, carminata apparent, & non adeo alba vt ea quæ à crudioribus fiunt succis. Hæc de

priori vrina alba, de secunda & nigra oportet tenere id quod sententia tenet, non quod semper mortalis sit, sed quod prope semper: Idque modo nigredo ab extinctione calidi innati, modo ab exustione procedat. quod si desideras differentiã inter hæc, dicam vrinas nigras à cadaueratione largiores multo quam quæ ab vstione emingi: incendium namque nimium humiditates absumere natum est.

Vrina tenuis & rufa cruditatem ostendit, si morbus longus est, vrina verò talis excernitur, periculum ne æger durare valeat ad morbi coctionem. 2. *prog. text.* 30. & 31. 6

Etsi Galen. 7. aphoris. 32. tenuem vrinam dicit quæ aquosa est (aquosa autem ea dicitur quæ aquæ & tenuitatem & colorem seruat) non pugnat vrina tenuis & rufa: tenuitas namque dupliciter consideratur, exquisita, vt à Galen. loco supra scripto, & .4. acut. 48. & non exquisita, vt in præsenti sententia, & forte huius est loquutio proprior, tenue namque proprie non colorem aliquem sed substantiæ modum importat. Ad rem ergo redeuntes de vrinarum contentis actum hucusque: de fusura dicta nunc agendum est circa & primo de colore & substantia, sic, inquam,

quod merito vrina rufa tenuis longitudinē significabit;præsertim cùm humorū affluētia existat,quid aio? etiam vrina boni coloris(si humorum adsit redundantia) tenuitati coniūcta lōgitudinis morbi signum est. Vt Galen. 1.epid.par.3.tex.23.ait, & eodem in histor.Clazomenij,inquit,vrinæ boni coloris & tenues securitatem ob colorem & longitudinem ob substātiā indicant.Quod si accuratissimè hanc rem habere desideras, scito vrinas tenues & in colore perfectas impossibiles esse:remittitur enim perfectus color adiunctus tenuitati & ex subrufa & subflaua pallida apparet,albent aliquātenus vrinæ hæ tenues; nec hoc contrariatur Galeno,in historia superiore si intelligatur tenues vrinas coloris boni sed non optimi esse posse.

7 *Exitiosior si aquosa fœtida nigra crassaq; est.* 2.prog.32.

Copulari conuenit possibilia quæ verisimilitudinem habent,possunt copulari omnes hæ vrinæ excepta tenui & crassa,potest esse vrina aquosa in substantia tenuis scilicet, & simul fœtida,& nigra,potest esse aquosa in colore & in substātia crassa,potest esse nigra aquosa, & nigra crassa, & fœtor potest omnibus contingere: vtcunque au-

tem vrinæ hæ omnes prauę ſunt, propter ea quæ à Galen. referuntur & aliàs & in commento huius.

In mulieribus & viris nigra, in pueris aquoſa deterrima eſt. 2. prog. 33. 8

De aquoſa & nigra eſt comparatio facta aquoſamque dicit deterrimam, in pueris merito, quia improportionatã nimis, quod autem de nigra ait Hippocrates contemplationem petit, omnes namque excretiones (non excreationes ſolum) ſi bene exeant bene & ſi male malę: male quidem excretę ſunt vrinæ nigræ, vt mulieri contingit in Cyzico, quæ gemellas pepererat. 3. Epid. parte. 3. hæc vrinas excreuit nigras tenues, & obijt. Et adoleſcentulus qui in mendacium foro. 3. Epid. parte. 2. cum vrinis ſub nigris tenuibus vita functus eſt. Perijt & Apollonius. 3. Epid parte. 3. eiſdem vrinis excretis, hæ male excretę ſunt. Bene etiam contigit apud Hippocratis libros Epidemion excerni. 3. Epid. parte. 3. Heropitus cum vrinis tenuibus & nigris, eodem loco & cum eiſdem Nicodemus, & eodem mulier quædam, Meton etiam. 1. Epid. parte tertia cum ſubnigris, eodem & Epicratis vxor cum eiſdem, omnes hi à morte & morbo liberi euaſerunt, ex quo poteris

cõtemplari quantum interſit reliqua ſigna aceruare, exq; omniũ ſindrome iudiciũ ferre: itaq; non oportet ſtatim ex nigra vrina morté prędicere, præſertim in fœminis quibus retẽti mẽſes talẽ ſolẽt ſine abſurdo producere colorẽ. Quod ſi quis quęrat quæ ſit vrina peior nigra in viris & fœminis an aquoſa in pueris reſpõdere auderemus hãc, quoniã hæc ſemper mala eſt & improportionata pueris, illa verò viris quãdoq; & fœminis ſæpè ſalubris fuit, vt ante hanc explanatũ habes, tũ ex locis adductis ex libris Epidemiõ, tum ex rationibus à Gal. deſumptis. Quod ſi dicas te in pueris vidiſſe vrinas tenues ſæpe ſine abſurdo, dicã copia vrinarũ fieri poſſe aliquãdò, vt tenũes male nõ ſint, ſupplet enĩ vrinarũ multitudo earũ craſiciẽ.

9 *Qui tenuem & crudã vrinã meiunt ſi cæteravt in conualituris abſceſſum infra diaphragma ſignificat. 2. prog. 34.*

Habẽt ſe vt cõualituri qui bene ad oblationes, bene reſpirãt & bene dormiũt, quib⁹ abſceſſũ futurũ Hipp. merito prędicit, cũ vrina tenue & cruda, hęc nãq; humorũ crudorũ abũdãtiã, illud verò viriũ demõſtrat robur, quibus duobus abſceſſus fieri natus eſt. Vt pote quod natura valeat, ſed non reſoluere eos. Quod autem ait ſub diaphragma fore abſceſ-

abſceſſum,eſt veriſimile quoniam humores craſsiores prope ſemper inferiora petunt.

Si pingue deſuper natās & araneorū ſpeciem referat damnandum,indicat enim conſumptionem.2. prog.35. 10

Ne te decipiat innatās pinguedo quæ(vt Galen.in libro de ſanitate tuēda inquit)in perfectiſsimis vrinis apparere ſolet.Modum ergo ſubſtātiæ cōſiderare decet,quæ enim vrinarū perfectarum comes eſt pinguedo,non eas ſedimento albo leui & æquali expoliat. Itaque ſunt hæ naturales tum in fuſura tum in contentis,quæ verò pinguis conſumptionem indicat nullatenus perfectis copulatur vrinis. Hęc praua eſt ſed non vt Gal.ait (in hiſt.Parij libris Epidemion)exitialis,eſt præterea pinguedo in vrinis bonis , velut flos quędā feri tenuis,alia vero craſsior nec adeo ęqualis,pinguedines etiam à renibus apparere ſolēt,quę mediæ ſūt inter bonas & malas, & quę etſi renum indicant calorem , non tamen periculoſæ exiſtunt : quoniam leui ex cauſa contingunt propter adipem multam qua renes abundant , eſt autem quædam adipoſæ vrinæ ſpecies quæ ab Hippocrate aliàs oleoſa dicitur : de qua aliquid oportet dicere effatu dignum , & quod non te legiſſe forte non pœniteat,

quę

quæ quidem oleosa dicitur, quod oleo similis tum colore tum substãtia est, Gal. 3. epid. par. 3. tex. 72. nõ est admodũ periculosa, ea vero quæ pinguis est vt oleum, qualis in histor. Parij difficilior est multo, sed rarissima & quam nec Galen. vidit, nec ego obseruaui; experti sæpe sumus illam quæ & colore & substantia oleum refert, de qua Galen. (in historia superiore) aut cruditatis aut vstionis sobolem esse inquit, sit vt Galeno placet, aut sit vt ego opinor à bile supporasata ex pallida in viridem transeunte, illa est certe, periculosa valde. Nec Parij casus refragauit qui tandem obijt quod si ex vrinis nigris oleosæ factæ sunt vxori Cyzi, de qua ante ideo cõtigit quod humores crudi assatis mixti fuerunt.

11 *Si nubecula deorsum vergat cum bono colore bona, si sursum cum malo mala damnandaque.* 2. *prog.* 36.

Contentum in vrina nil aliud est quam crassior seri pars quæ à natiuo calore vrinæ in matula sequestratur, qui calor si fortis est crassitiem infra detrudit, efficitque hypostasin dictam, aut sedimentum, si verò non adeo validus, encorema, aut appendiculum, si vero infirmus, nebulam: ex quo licet colligere quod

quod ratione loci nulla nebula est bona. Sit autem colore bona, præsertim si deorsum vergat, sit etiam bona ratione humoris peccantis, nā in biliosioribus morbis sufficit nu becula ad concoctionem aperiendam. Quę autem si sursum vergit cum malo colore duobus mala erit, nam ad superna delatiō mala est ob ea quæ dicta sunt, & ratione cō loris mala erit. Qui autem sint hi mali colō res habuisti ante.

Nec te fallat si ægrotans vesica talem reddide rit vrinam: ipsius enim vesicæ vitium est. 2. prog nost. 37. 12

Quod hic Hippocrat. inquit non de nebula ascendente aut descendente tenēdū est, sed de bono aut potius malo colore quē vrinæ sæpe à vijs vrinalibus capiunt. Oportet ergo Medicum artificem omnia cōtemplari: vidimus enim non semel homines cū nigra vrina (de qua Galen. 1. de crisibus neminem se liberatum vidisse) nil mali perpessos. Hæc autem non ab internis venis sed ab eis quibus nutriuntur renes, aut à male percolantibus emulgentibus descenderat.

Quibus non sine febre vrinæ sunt crassæ, grumosæ, & paucæ, si ab his tenues & copiosæ meiātur prosunt. Maximæ tales reddūtur quibus ab initio 13

vel non multo post sedimentum apparuerit.4.aphorismo.69.

In febribus à crudis humoribus pendentibus crassæ vrinæ inter initia fiunt, incrassatę ab humorum copia; sed paucæ quia retentione ad coctionem natura vtitur. Grumosum autem fit contentum ob male elaboratum succum coctionemque renuentẽ, qui quidem statim in sedimentum transit suo pondere. Hoc prædictũ contingit dictis febribus, sed non semper post copiosa vrina, (habent enim varios fines) sed nec quibus vrina cõtigerit copiosa salus erit necessaria, euacuationes namq; vtiles post coctionẽ celebrari solent & debent. Quid ergo? num aphorismus deferendus est, & tanquam spurius abijciẽdus? minimè, sed teneamus oportet vacuationes symptomaticas quæ aliquando iuuant in talibus iuuare maximè solere.

14 *Quibus in febribus vrinæ turbatæ quales iumẽtorum dolor capitis vel adest vel aderit. 4. aphorismo.70.*

Commotionem humorum non paruam turbatio talis significat, quare merito & capitis dolorem, in febribus enim humores calidiores redditi superiora petere solent, hoc fere semper sic habet. Sed quandoque etiam

ſine capitis dolore aut præſenti aut futuro, cõtingere talis aſſueſcit vrina, præſertim pau lo ante criſes ſinocharum putridarum, quas ſudor vniuerſalis excipere & terminare natus eſt.

Quibus ſeptima futura criſis vrina quarto nubeculam rubram habet, cæteraque pro ratione. 15
4.aphoriſ.71.

De vrinis ſubrubentibus dictum antea eſt, eas ſignificatiuas eſſe longitudinis morbi, quare dicet aliquis nõ immerito hanc ſententiam difficilem, ſi namque ſubrubedo diuturni morbi indicium eſt, erit procul dubio rubedo multo magis, ſed aduertẽdum eſt eo loci non ſolum de contentis vrinarũ ſubrubentibus, verum & de vrina ipſa agi. Hic autem de ſolo contento rubeo nebuloſo quod vrinæ boni coloris & ſubſtantiæ comes eſſe poteſt. Et quod his adiunctum breuitatem morbi annunciabit merito, & merito criſem in ſeptimo iudicatorio à ſuo contemplabili quarto indicatam ſortietur, præſertim in exacte acutis, quod autem ait, cæteraque pro ratione, forte de eis quæ antea diximus rubedinem nubeculæ comitari poſſe (color ſcilicet & ſubſtantia vrinæ bona) intelligi debet, quod ſi non eſſemus Galeno noſtro moleſti, auderemus af-

firmare, quod ipse negat circa huius partis interpretationem, & diceremus cætera quę pro ratione intelligi posse de somno vigilia respiratione decubitu ; & reliqua quæ bona signa in prognostico habentur. Nec obstat quod Galen. ait talia non contingere posse his qui crisin subituri sunt, nam molestiæ quæ crises antecedunt tempus habent circũscriptum & breue, hoc est, quibus die futurę sunt nox antecedens erit molesta, quibus vero noctu dies anterior, in reliquo potuerunt ægri frui bonis, quæ supradicta sunt.

16 *Quibus pellucidæ & albæ sunt Vrinæ malæ præsertim si in phræniticis appareant. 4. aphorismor. 72.*

De albis vrinis antea sermo fuit, vbi peiores rufis tenuibus diximus tanquam maioris cruditatis soboles. Nunc autem eas malas dicit Hippocrates, non solum qua ratione crudę sunt, sed qua humoris raptum ad superas partes (cerebrum inquam) significāt, in phræniticis ergo malę sunt & malę in alijs morbis, peiores tamen in illis quam in his ob rationem supradictam. Hoc in acutis intellige : nam etiam sane degentibus licet videre vrinas tales ab intemperato hepate versus frigiditatem. Est etiam quādo in acutis possunt tales apparere etiam absque salu-

tis iactura, cùm humor (vt verbo vtar Auicennæ) tendit ad alium canalem; nimirum ad ventrem, cutem, aut ad alium locum.

Quibus cum vrina crassa exiguæ carunculæ, aut veluti pili exeunt, à renibus excernitur. 4. aphoris. 76. 17

In morbis malignioribus (etiam in vrinis crassis) velut carunculæ, ab assato sanguine excerni solēt, quare oportet tenere (quod Galen. & hic & aliàs tenet) per crassam probè coctam, ex coctione namque à negatiua argumentum fiet tale. Non possunt carūculę à superassato sanguine vrina probe cocta excerni, ergo si vrina cocta probe talem reddiderit contentum non à venis sed à vijs ductus vrinarum excretum est, quod per inductionem negantem probabis esse renes, de pilis eadem fere ratio.

Quibus cum vrina crassa furfurosa quædam exeunt, vesica scabie laborat. 4. apho. 77. 18

Habes non solum hoc documentum & præcedens proximum de vrinis alteratis à meatu vrinario lib. 4. aphor. verùm etiam à septuagesimo tertio, vsque ad finem: illuc te conferas si hæc sapere amas, inuenies pulchras Hippocratis sententias, & pulchras Galeni annotationes. Inuenies in aphor. 75. de mictu sanguinis & puris sine fœtore, & 78. de

de mictu sanguinis conferto & repentino, &c.79.de vrinis sabulosis,&c.80.de mictu sanguinis non conferto,& grumoso,&c.81. de mictu sanguinis aut puris graue olente.)

19 *Sanguinem mingere raro quidem & sine febre ac dolore nihil mali significat,sed lassitudinum solutio fit.2.prorrh.text.7.*

Solet sæpe natura sanguinem onerãtem deponere per varia loca alia & per vrinaria, quæ vacuatione per hęc administratur duobus fit modis,aut laxatis emulgentium claustris,aut apertis venis quæ infra in renibus inseruntur. Vtcunque hoc sit sanguinis mictus si raro & sine febri fiat nil mali significabit meritò,nam raritas non debilitabit & febris carentia periculi carentiam demõstrabit (raro enim magni morbi sine febri repe riuntur)quod autem ait de lassitudinis leua
81 tione non oportet nunc causam apponere iterum,quam positam habes in principio

20 *Vrina noctu plurima paruam significat deiectionem.4.aph.83.*

Non solum futurum sed & præteritum continet senténtia,nam vrina noctu plurima nõ solũ paruam futuram deiectionem verum & fuisse ostendit.Ostendit etiam sen tentia sui conuersionem verissimã esse, hoc est,deiectionem multam paruam indicare

vrinam

vrinam. Sed hæc ita sunt plana vt intelligentiæ non artis aut scientiæ subiecta sint, erunt autem scientiæ, artisque cõsiderationes quas iam incipio. Ac posito quod præcepta Medicæ artis non sunt semper subiecta scientiæ, & quæ per demonstrationem habeantur, sed artis quæ rationem efficiendi sequitur: inquam, quod quandoque pręter huius sententiæ autoritatem mictiones magnæ contingere solent absque deiectionibus paruis, imo vero cum magnis & copiosis: nimirũ super abundanti humore nimio. Idq; sicut aquarum copia loco stricto coercita erumpere solet aut à locis inter peritoneum & intestina, aut ab his quæ circum viscera existunt, aut etiam corporis mole in vrinam resoluta, vt aliquando contigit homini bibulo qui octo diebus sine aliqua alia affectione in vrinas dissolutus è crasso tenuis factus diem obijt suum. Idem etiam contingere solet in colliquantibus febribus, quarum quidem copiosæ vrinæ non modo ventris deiectionem non minuunt sed augent sæpe.

Quibus in vrinis biliosa sedimenta, sed supra tenuia apparuerint acutum morbum significat. 7. *aphorism*. 32. 21

Modo verbũ supra locũ modo tẽpus signi

ficet

ficet nihil certi inuenio in hac sententia; Si enim locum significat satis superque à Galeno refutatum est, ita vt non sit nobis opus magis refellere. Si vero tempus significet sic refutandam iudico, multæ sunt affectiones in quibus inter initia aquosę sunt vrinæ, sedimenta, & sequenti tempore bilescentes sine eo quod in acutos transeant morbos, ergo sententia inualida est. Maiorem probo (aut si mauis antecedēs) quoniam morbi omnes chronici, qui cruditatibus præsentibus incipiunt, excrementa demōstrant sua aquosa & tenuiora, quæ in subsequentibus bilescunt, tum exquisita victus ratione tum etiam ex coctione, quam tempore sortiuntur.

22 *Quibus diuersæ sunt vrinæ ijs vehemens fit in corpore turbatio. 7. apho. 33.*

Æqualitatem habeat oportet & leuitatem vrina bona, illa temporis paritatem hęc æqualitatem substantiæ sedimenti significat: Vtcunque sit inæqualitas tam in substantia, quàm in tempore, mala est, vt ex 1. prognost. patet propter rationes illic latas, at hic ex diuersitate & inæqualitatē nō malitiam, sed turbationem arguit supra eam, & & merito, quoniam cum natura docta homogenea soleat congregare, & disgregare, hetero

heterogenea cum contra operatur, stulta & turbata reperiatur necesse est in opere hoc.

Quibus in vrinis bullæ innatant nephriticam, & longam fore inualetudinem significat. 7. Aphorism. 34. 23 24

Bullas innatantes vidimus sepe in vrinis quas nec lapides renũ sequuti sũt (hoc enim nephritis significat proprie) nec morbus lõgus, quare alia prẹter hæc oportet contemplari: quod si hæc morbum fore chronicũ aut renum calculum insinuent, merito vrina existente spumosa hoc & illud argueris, aliter neutiquam. Nam bullæ in vrinis nil aliud habent significare quam motum & crudorum copiam (sicut extra vrinas motũ in crassa humiditate) motum autem in corpore efficiunt plane flatus, hos autem in alimẽto crasso ẹstus, aut vis caloris diminuta. Si autem quẹris quid distet vrina spumosa à bullosa, dicam solum bullarum magnitudine: quẹ enim magnẹ sunt bullosẹ nomẽ prẹbent vrinæ, quẹ vero minutẹ spumosẹ. Illæ autem à crudiori succo fiunt & crassiore, qui enim tenuis est non valet in ampullas eleuari magnas quin prius concidant & subsideant, sed prẹstat non silentio præterire quẹ vir grauissim⁹ Ambianus experta reliquit. Quod si bullẹ perseuerãt crassissimi

humoris soboles sunt, si cito rumpãtur dissoluanturque tenuiores & flatuosi. Hoc intellige circa superficiem tantum quæ se oculis obijcit parte superiore matulæ.

24 *Quibus in vrina conferta adipalis superficies nephriticum & acutũm morbũ ostendit. 7. Aphoris. 35.*

Vrinis probe coctis graus aut adeps contingere solet, non inquam solet contingere sed necessaria est, hæc autem non multa sed (vt ante dictum fuit) habet se apud fusuram sicut flos apud lac, cum ergo copiosa hæc extiterit pinguedo verisimile est à renibus excerni, qui & adiposi sunt natura & matulæ proximę ita vt in via nõ absumatur eorum adeps. Quod de morbo nephritico inquit non de calculosa eius affectione intelligere par est, sed de eius phlogosi aut apostemate, hoc vltimum magis sententię cõsonat: ad apostemata enim renum magis pertinet morbi acuties quã ad phlogosim aut calculum, dices sæpe sæpius tales confertas reddi vrinas in acutis febribus quibus adest renum affectio calida, fateor, at non nephriticus hic dicetur morbus, quia non renum affectus est proprius, sed febris symptoma, itaq; vrinæ confertæ adiposæ in acutis febribus earum acutiem ostendent magis

gis verum non renum affectionē propriā. Quod si nil tibi interesse videatur, affectio sit aut non sit propria, merito ex conferta adipe & renum affectionem (quia à solis renibus decedere solet) & acutum morbum (quia in acutis contingere assuescit) significabit.

Si sudore oborto morbus deficiat & vrina fulua albam habeat subsidentiam eadem die recidiua fiet; sed quinta bene iudicabitur libr. de iudicijs. 25

Sententia hæc locum habet suum in verbo recidiua, illuc te conuerte.

Vrinæ paulatim maturescentes si in decretorijs coctæ fuerint solutio, libro de iudicijs. 26

Si vrina aliquando cocta aliquando appareat cruda repente, dictum iam est (ex libro secundo prognosticorum & libro de iudicijs) quid significet: videlicet morbum longiorem, & securum minus quam ea quæ continenter in coctione pergit: itaque vrina subito cocta, & cruda subito, nec breuitatem nec securitatem habet, tanquam sit quodammodo opposita, coctæ & in coctione perseueranti. Quæ autem vrina paulatim maturescēs animaduertitur vtriusque est particeps, vnde natū est vt securitatem promittat, non tamen breuitatē: secu

ritatem quidem, quoniam naturam coctionem primo aggressam & post inchoatam perfecisse docet, non tamē breuitatem quia tempus crisis non solum non præscribit, sed nec eius necessitatē arguit, posset enim morbus sensim maturescens paulatim etiā solui. Quod si subito & per iudicium fieri contingat naturæ aggressionem proculdubio in bonū finietur morbus. Quia coctioni non intermittenti sed constanti & fidæ iudicationem perfectam & fidam superuenire est necesse. Neminem enim vidimus (sicut nec Gal. vidit) periclitātem qui cum signis coctionis crisem habuisset.

27 *Vrinæ sicut & vlcera, si enim hæc pus habent album celeris sunt curationis, si verò saniem maligna fiunt, lib. de iudic.*

Similitudo ista est in qua sedimentum puri, & vlceris locus venis comparatur. Et pulchra quidem nam sicut in pure & albedo multa, & graueolētia parua ad sui bonitatem expetūtur, sic in vrinarum contētis desiderantur, horū causas relinquimus prouide ne tempus teramus in his quę alijs in locis scripta sunt.

28 *Vrinæ in turbulentis vigilibusque decolores nigræ sublime petentes, atq; in sudore phrænitice. 1. prorrhet. sectione 1. sententia 4.*

Si

Si eiusdem generis signa contempleris, inuenies tria priora delirium significare: nam turbulentia mentis passibilitatem, & dispositionem eius debilem; vigilia nimia delirium præcedit quæ à capite manant (delirium quod est à septo transuerso subito fit, neutiquam præcedēti peruigilio) nam cum delirium sit motus quidam mentis deprauatus iuuatur plurimum calore ex vigilia contracto, habes iam qualiter & turbulentia & peruigilium & signa & causæ sint delirij. Habebis etiam tertium si memineris quarti aphorism. 72. pellucidæ enim & decolores vrinæ in acutis idem significāt raptum scilicet humorū ad aliam partem, si ergo turbulentis & vigilijs caput tentatum est, verisimile erit raptum humorum ad cerebrum ferendum esse, hæc tria signa deliria proculdubio portendunt, eiusdemque generis sunt significatiua. Reliqua verò tria de nigredine, delatione ad sublimia, & de sudore, heterogenea sunt & quæ nil certi significant, cùm adesse possint & abesse sine significati frustratione, immò verò necesse est absit posteriorum aliquod cùm sit incompatibile cum priore: nam si vrinæ decolores sunt nigræ esse nequeunt nisi illud nigrę ad

contentum nebulosum non ad fusuram referas.

29 *Vrinæ excretio in non recordantibus perniciosa excernantur ne & in his tanquam subsidentiam returbaueris. 1. prorheti. sectione. 1. text. 28. & in Choac. 678.*

Cùm verbum recordare proprie & exquisite ad præteritum tempus referri debeat Gal. super hac sententia & ad iam trãsactum & ad futurum extendit dum ad memoriam & rationem refert. Ait enim non recordari hi qui non meiunt nisi admoniti & hi qui citra discursum & sanam mentem vrinam in lecto fundũt. Obliuio prior quæ ad memoriam pertinet Galeno securior merito est, quam secunda quæ ad rationem: præstantior enim ratio quam memoria est. Et in morbis acutis experitur periculosior mentis quam memoriæ iactura: hæc supradicta à Galen. capies hoc loci. Sed non quid deterius sit ęgrũ sui oblitum lectũ vrinis rigare, an verò admonitum vrinam nõ reddere. De qua re sic existimo, quod si vitalis virtus constans est prauum proculdubio existit magis hoc posterius, quoniam contingere solet in lethargicis affectibus qui difficiliores multo sunt, at si virtus debilis sit ighoro quid sit deterius, prælan-

guentiũ enim deliria omnia pessima sunt, de cętero consule Galenum.

Si quippiam in vrina sublime petierit occultato coxæ dolore delirium portendit & quæ circa aurium sonitus talia existunt. 1. prorh. sectione. 2. text. 1. 30

Non lædere initiatos & nouos in arte præsagiendi est nobis in animo, & ideo quæ aperte falsa sunt non defendimus, sed nec iuuat incusare praua quæ à viris optimis iuste refutata sunt. Galen. consule qui huius sententiæ deformitatem pulchrè manifestat: nil enim habent communionis signa omnia cum delirio, nisi postremum de aurium sonitu, de quo tãquam futili egit oscitanter & per transennam.

Vrinarum in acutis interceptiones ex refrigeratione pessimæ. 1. prorhet. sectione. 2. text. 16. 31

Fateor in acutis (de quibus hic est sermo secundum Galeni doctrinam) vrinarum suppressiones malas ex refrigeratione, quia affectiones non solum non symbolizant, sed sunt planè contrariæ, at diffiteor atque etiam despero dignoscere, & distinguere suppressiones has ex refrigeratione ab alijs, per ea quæ tum in contextu tũ in Galen. cõmento reperiuntur. Est

itaque verissima Galeni interpretatio & facilis, at dignotio distinctioq́; difficilis, quã obrem videtur nos potuisse sententiam hãc cum alijs Autoris inutilibus commiscere, & ab arte expellere, sed videamus prius nũ aliquod commodi veri ex ea exprimere possimus, autore Hippocrate, vrinarum fiunt suppressiones quas & rigor sequi solet, sicuti hunc sudor, & hunc salus. Quod quidem in acutis à tenuiore materia pendentibus contingere assuescit. Fiunt etiam vrinarũ suppressiones in morbis à crudiore crassioreque humore genitis, quas ex refrigeratione libri autor merito appellat, quia à frigidis causis ortum habent, has interceptiones, nec rigor nec sudor sequitur, sed vt plurimum in acutis mors, acuties enim biliosorum copiam & hæ vrinarum suppressiones crudorum abundantiam significant. Pessimi autem morbi sunt qui vtroque abundant humore. Suppressiones lethargicorum huius generis haberi debent.

32 *Vrinæ dolorosæ malæ.* 1.*prorhet.* *sectione.* 2. *tex.*24.

Hac eadem sectione. 2. & etiam. 3. inuenies alia de vrinis, sed quæ sindromes sunt non homogeneorum sed alterius generis:

prestat

præstat ergo illa relinquere: nam exercitationis gratia hæc suffecerint, ad rem ergo dicimus, vniuersaliter vrinam cum dolore excerni malum esse, si ab vrinæ ardore non adeò, sed si à vesicę inflammatione plurimũ. Horum dignotiones habebis dum ad vesicam peruentum erit, illuc te conuerte.

Suppressæ cum rigore vrinæ malæ, tum si ante sopor prehenderit, num parotides fore spes est. 1. prorrhet. sectione. 3. text. 62. & Coac. 29. 33

Ante rigorem oportet vrina supprimatur (non in rigore) vt crisis spectetur, mala ergo erit suppresio hæc tanquam cõtra naturæ ordinẽ acta: solẽt enim qui rigent aut frigent sępius mingere reuocatis ad interiora humoribus, quod si hoc non contingat signum est prauæ dispositionis vesicæ, aut viarum vrinæ alteratarũ. Mala etiam erit vrinæ suppresio in soporosis propter ea quæ supra text. 31. dicta sunt. Quod autem interrogat de parotidibus futuris, si ad soporem referatur artificiosa interrogatio est, & quæ ex sopore arguit merito futuras parotidas, aut saltim sperat: solet namque natura cerebri superflua retro aures detrudere. Si autem interrogatio ad reliqua signa de vrinæ suppresione, & rigore aspiciat, inartificiosa & obscura est, diuersa genera miscens,

nil etenim habent hæc cum parotidibus.

34 *Vrinæ crassiores & pallidiores meliores tenuiores & nigriores pernitiosæ magis. 4. acutorum. 48.*

Nulli dubium est quod hæc continet sententia, quapropter interpretatione non eget, poterit tamen circa eam quæri, quæ inter nigras vrinas peiores sint crassæ an vero tenues, & videtur quod hæ tum quia natura incrassando procedit, tum etiam quod sæpe numero vt ait Galen. in prognost. valet natura vinceres affectionem prauam prauum expellere humorem, qui quidem potius crassiorem quam tenuem reddet vrinam.

35 *Vrinæ cruentæ malæ in his qui ex rigore exoluuntur. Choac. 26.*

Modo rigor sit multiplex & numerosus, vt contingit in tertianis qui cum rigore inuadunt, modo vnicus sit in toto morbo, si in vrina cruenta cũ exolutione inuadat prauus est. In numeroso quidem quoniam vrina existente sanguinea ac perinde cruda æger animo linquens perdurare nequibit donec morbus concoquatur, vt ait Hippocrat. in vnico etiam rigore vrina cruẽta cũ exolutione periculosa est: nã rigor huiusmodi decretorius erit proculdubio, quem oporte bat esse cum vrina cocta vt iudicium fide-

dignum

dignum,& sine exolutione vt securius tutiusque faceret.

*Quibus rigor his vrinæ suppressio. Choac.*34. 36

Iudicatorios rigores præcedere solet suppressio vrinæ,non tamen simul,vt sonat textus, vrinæ suppressionem rigori coniungi quapropter debilis hæc est sentẽtia,sicut & aliæ huius loci quas à numero. 632. ad. 682. reperies,& quæ omnes nullam fere habent veritatem præter eam quam Hippocrates in prognosticis reliquit:illas consultò prætermittimus, quoniam compẽdio strictam doctrinam sequimur & vt exercearis dicta sufficient.

Vrinarum suppressiones ante rigorem si ex optimis & aluus excreuerit & somnia adsint & febris modus,& quæ ex lassitudinibus.6.Epid.parte.1.text.11. 37

De rigoribus iudicatorijs sermo est in præsentiarum quem præcedere vrinæ suppressionem est verisimile, tũ ratione actionis tum causa humoris morbum efficiẽtis, actionis quidem quoniam natura opera hęc est vt prius retineat,post coquat,& expellat post.Cum ergo ipsa expulsionem criticam parat vrinas supprimere solet.Idque præser tim in morbis qui à seroso tenuique pendent sanguine,hic namque est qui per sudo

rem vacuari solet. Sic ratione operis, & humoris, vrinæ suppresio ante rigorem fieri solet. Quod autem inquit si aluus excreuerit, somnia adsint & reliqua, nil aliud est quam depingere morbum benignum cui succedere crisin perfectam par est. Nam si hæc signa absint bona, forte suppresio ex refrigeratione facta vt ante dictum est numero. 31. hominem de medio tollent. Cùm ergo videris vrinas supprimi in morbo benigno (quales synochę putridę vt plurimũ esse solent) & cum signis bonis poteris tuto prædicere futurum rigorem & salutem simul.

38 *Vrina crassa alba qualis archigenis in laboriosis quartanis interdum liberat ab abscessu, si vero & vltra hoc sanguis è naribus profluet satis & copiose. 6. Epid. parte. 4. text. 2.*

Quibus spes est (inquit Hippocrates in aphorismis vt suo loco patebit) ad articulis abscessus liberat ab abscessu vrina multa & crassa, quod in aphorismis Hippocrates peculiariter docet hic vniuersaliter nobis manifestat, sed non semper futurum testatur. Potest enim tanta adesse copia succorum crudorum vt vrinam incrasset, & albefaciat, & in locũ aliquem abscedat, abscessum que gignat: securior autem ab abscessu erit

eger. si simul cum crassiore & albiore vrina copiose satis sanguis profluat è naribus. Idē intelligere oportet si per hemorrhoides, aut fœminis per vterum & forte melius multo quam per nares, hæ namque plenitudinem vacuare solent, illę vero purgarę cacochymos humores. Sunt præterea humores crassi aptiores ad descensum quam ad ascēsum multo, reliquum ergo est vt hemorrhagia tanquam exemplum positum sit vacuationis sanguinis cuiuslibet, & si vis cuiusuis alterius, nam & aluus mollis & lubrica etiam ab abscessu hominem liberare valet, aluus namque sicuti & cutis vniuersalis locus est per quem natura omne humoris genus expellere assuescit.

Critica, tum dies, tum signa.

Febres vero indicantur in eisdem diebus numero, ex quibus superfunt homines & ex quibus moriuntur. 3. Prog. 1. 1

Habes à Galeno dies decretorios nominari quod in eis & plures & firmiores mutationes morborum sentiantur, idque etiam ad bonum quam ad malum. Huius causas si re

quiris, apud Galen. inuenies, & alias & libris quibus titulus eſt, de diebus decretorijs. Quod ſi illæ tibi non ſatisfaciunt (nam nec noſtrum deſiderium complent) crede experimento, fides enim nunc eſt ſatis ad finem artis quæ praxi terminatur, credens ergo ad diſce quæ experientia probat de his diebus, eorumque robore ac vi. Nec Cornelio Celſo aures accōmodes, qui omnibus ſimilem equamque virtutem tribuit, incredulus quidem hic eſt ſicut alij creduli nimis, ac ſuperſtitioſi ſunt, qui dū decretoriorum cauſas contemplantur in ſcriptoribus, quæ puerilia ſunt & inania admirantur & extollunt maximè.

2 *Primus impetus ipſarum talis ſecundus.7. tertius.11.quartus.14.quintus.17.ſextus.20. igitur acceſsiones ex acutiſsimis morbis per quatuor in 20.acutæ finiuntur.3.prog.3.& .4.fieri non poteſt vt hæc integris diebus re vera numerentur cū nec annus & menſis integris numerari ſoleant.*

1 De illis qui à radice ſuperiore mouentur agit ſententia hæc his qui ad inferiorē relictis; quorum primum diem iudicatoriū tertium facit Hippocrates ipſe.1.Epid.com.3.text.14.vbi primum imparium circuitum tertium dicit, Itaque cum vis diei & à cœlo & ab humore pendeat, reſpectu virtutis cæ

lestis quartus est primus,respectu vero humoris tertius,quod si quæstionem cupis cuius sit vis maior eius diei, qui à radice superna, an eius quæ ab inferna mouetur dicam huius non esse loci, meum autem ingenium fuit semper pro parte humoris naturæque inferioris.

Postea vero eodem modo eadem adiectione prima circuitio.34.dierum altera. 40.3.60.dierum est.3.prog.5. 3

Plures causæ ab enarratoribus numerantur ob quas Hippocrates.34. fecerit initium circuitionum quæ per ternarios hebdomadum celebrantur eas tanquam iam tactas demitto:equidem omnes auscultari possunt & debent,quod si liceret ab eis recedere,ideo factum ab Hip. diceremus,quod.34. existimarit indicatorium quadragesimi.

Inter initia horum difficilius præsentire ea quæ longo tempore iudicanda,simillima enim inter initia sunt,sed à primo die numerandum est,considerãdumque singulis additis quaternarijs nec latebit quo vertet morbus.3.prog.6. 4

Et hinc patet etiã longas ęgritudines iudicia pati aliquando posse,nisi eas ex decidẽtia acutas velis,huius sententiæ causas cape à Gal. in commentario.

Quartanæ conditio ex eodem ordine.3.prog.7. 5

Galen. 1. Epid. parte. 3. text. 17. ait quod quartanarum, tertianarum, & similium qui libet circuitus pro die vno reputatur: secundum ergo taliũ supputationes iudicia quartanis præscribuntur. Confirmat Galen. in cõmento, quare si quartana exquisita est 14. terminabitur circuitibus nisi decidat ad 40. 60. & reliquos circuitus quod & ratione morbi & erratorum contingere solet, nec facessit negotium, argumentum ab humore pendet natura crassiore ergo lõgior morbus fururus est; & necessario plures transiturus periodos: nam acutæ febres quæ à melãcholico sanguine procedũt vt à postpartu, & aliæ non longe, sed acutissimæ esse solent. Si namque humor crassior est eius minor acetuatur copia. Hunc ordinem necessariũ Galeni existimat ob eumque mirificum se cæteris præstitisse.

6 *Qui vero minimo tẽpore indicari debent facillimi cognitu sunt: maxime enim ab initio dissident, conualituri securissima habent signa; facilius spirãt, agunt sine dolore, noctu dormiũt, morituri cõtra. 3. prog. 8.*

Vel hinc disces quanta prudentia vti Medicum oportet, quia Hippocrates comparans morbos iudicij certioris acutis longos præfert, itaque significat in prog. in longis

longis difficiliores esse cognitu prædictiones: at in Aphoris. de acutis agens ait, non omnino eas certas esse, reliquum est vt in longis difficilia sint prog. propter causas à Galen. traditas & in acutis non certa.

Secundum eandem rationem & fœminis iudicationes fiunt ex partu. 3. *prog.* 10. 7

14. die à partu Hippoc. cœpit historiam. 1. Epid. parte. 3. vxoris Philini, historia Epicratis vxoris eadem parte tertia (quæ postridie ęgrotauit à partu) à die ęgrotationis cœpta est. Ecce in his duabus (quæ proximo & distanti à partu tempore ęgrotauere) non à partu sed ab ægrotationis die dies primus computatus: à die etiam ægrotationis Dromadæ vxor historiam suam incipit, quare aperte pugnat cum Hip. sententia experimẽtum Hippocr. sed cum præcepta dentur de his quæ sæpius, retineatur hoc oportet.

Si quis in febri non exitiosa caput doleat, tenebræ ante oculos, vẽtriculi dolor adsit, vomitus biliosus aderit: si rigor prehenderit & inferiores partes in hypochondrijs frigidæ sint, citius adhùc vomet: si autem quid biberit, aut ederit, per id tempus, adhùc citius. 3. *prog.* 30. 8

In crisi quæ exitiosa est solet natura etiam similes efficere motus, at non euacuationes perficere, quia humores aut cruditatem aut coctioni contrarium patiuntur. Dolere qui-

dem caput & tenebrosa visu accipere signa cõmunia sunt sanguinis profluuio, & vomitui, sed ventriculi dolor & reliqua huius pecularia existunt signa.

9 *Vt si quibus horum cepit dolor primo die. 4. premuntur magis. 7. iudicantur, plerique incipiunt dolore vexari. 3. 5. fluctuãt magis, iudicantur. 9. aut. 11. quod si. 5. die vexari incipiant & alia secundum priorem rationem. 14. morbus iudicabitur. 3. prog. 31.*

Acuti morbi qui acutiei habent. 14. dies non possunt extendere iudicia sua vltra acutorum terminos, possunt tamen contrahere eo modo quo hic docet Hippocrates, hoc ex hac sententia atque etiam hinc elici potest doctrina quam apud Paulum clariorem inuenies, scilicet indicem & contemplabilem diem non solum decretorium indicare, sed etiam genus euacuationis. Itaq; si in quarto hæc erunt in febri non exitiali in septimo expectandus vomitus est, sicut si mador sit in cute sudorem. Quare autem hæc signa critica tali speciei crisis præcedãt consule Galen. qui plus satis in hoc loco, & Aphorismis & crisibus de hac egit re. Quare etiam qui morbi tardius vexare incipiũt tardius iudicentur, ita planum est vt exposi tore opus non sit: tertio Epi. 2. parte riguit, Cherion. 3. die riguit superriguit. 7. & sudauis

uit:itaque. 3.dies videtur in eo index.7.

Hæc accidunt viris & mulieribus potißimũ in tertianis:iunioribus fiunt & in eis, sed potißimum in continuis & tertianis exquis.3.prog. 10

Verisimile est crises quæ per impares celebrantur (vt præcedens tenet text.) morbis naturisque contingere biliosis.

Quibus per huiusmodi febrem capite dolentibus pro tenebrositate ante oculos apparente hebetudo fiat, vel splendores præsententur, pro morsu verò oris ventriculi, in hypochondrio vel in dextra vel in sinistra parte contẽdatur quippiam sine dolore aut flegmone: pro vomitu sanguinem è naribus spera, in iuuenibus magis, in his vero qui triginta annorum sunt & senioribus magis vomitum expectato.3.prog.33 11

Quemadmodum per ventriculi affectionem vomitum futurum à fururo sanguinis profluuio distinxit Hip. sic futurum sanguinis profluuium à vomitu per hypochõdriorum distinguit nunc affectionem. Libri de crisibus Galen. eiusdemque in Aphorismos commentaria plena huius rei habẽtur tibi, eo te conuerte.

Index.7.4.sequentis septimanæ.8.initium expectandus quoque.11.si quidem secundæ septimanæ.4.est, rursumque.17.expectãdus: is enim à.14.4.ab.11.7.est.2.Aphoris.24. 12

Libros de diebus decretorijs Galen. consu

le si commentarium huius sententię amplũ desideras & si breuius annotationem quam super eam ipse facit hic.

13 *Morbi acuti iudicantur intra quatuordecim dies.2. Aphoris.23.& Choac.160.*

Qui à principio acuti sunt non solẽt acutiem suam protendere vltra.14. diẽ, at sunt morbi plures qui initia mitiora habẽt, ideoque extendunt suum terminum etiã ad.20. & vltra: tot nãq; dies post.14. produci solẽt quod habuere mites inter initia, hoc sæpe cõtingere solet in malignis febribus, de quibus Gal. in lib. de Crisibus, febres paruę quãdoq; valde malignę: hoc etiã sępius videmus in ea specie malignæ febris quã tabardillo Hispani dicunt: quæ incipit prope semper cum mitiore febre & acuitur circa.7. à quo dies acuti incipiũt, ob ꝙ longioris terminationis esse solet & prope sẽper.14. &.17. vel etiã in salubribus.20. dies pręterit. Hinc edisces quam demẽtes medẽtes illi sint qui credunt se intra diẽ.7. curasse hoc morborũ genus, hãc de acutorũ termino sent. tenet Gal. in cõmẽto nõ solũ, sed.1. Epi. par.3. in hist. Erasini. Est.3. Epi. part.3. Heropiti histo. qui acutę cœpit ęgrotare &.100. iudicatus fuit, hic sine ordine exaceruabatur.

14 *Quibus crisis fit nox antè accessionem grauis, quæ subsequitur leuior fere existere solet.2. Aphor.13.*

Et

Et quibus noctu futura criſis dies præcedẽs grauis, quę vero ſubſequitur magna ex parte leuior nec hęc tenere oportet ſolũ in ſalubribꝰ ſed in lethalib' morbis quibus ſẽper anxietudo & difficultas decreſcit aliquantulum ſtatim poſt criſes, etiam ſi periculum augeſcat.

Sexto die rigores febrientibus indicationem habent difficilem.4. Aphoriſ.29. 15

Harmoniã dierũ decretoriorũ, toties ab Hippo. & Gal. decãtatã audimus ſępe libenter & experimẽto probauimus nõ debili: ſed hãc de.6. die debilẽ inuenimus, præſertim in ſynochis putridis in quibꝰ.6. die cõtingere ſolent rigores quos ſalus ſequit̃, nã etſi recidiua eis fiat nõ tamẽ quę peior ſit radice ſua.

Niſi diebus imparibus febris reliquerit febrienti ſolet reuerti Choac. 85. eodem.81. 16

Exiſtit hoc dogma vniuerſale magis.3. epi. par.1. Pithiõ cõfirmat hiſt. qui.10. die iudicatus nõ fuit ſed ſubiudicatꝰ ſudore, cũ ſputis ſubcoctis, huic ſalus perfecta non contigit donec ſuppuratio ſtrãguriosuſq; abſceſſus ſuperuenit, eſt etiã cõſtitutio quorũdam.3. Epi. cõſtitutione.3. qui in ardentibus per pares vexabãtur magis, hos paribꝰ iudicari veriſimile eſt, ſed recidiuas paſſos fuiſſe rationi conſonum.

Iudicationes impeditæ aut ſublatæ in febribus,

longitudinis causa sunt nō pernitiosæ. Choac. 81. *&*.93.

Cęptę iudicationes aut spōte cessāt, aut ex occasione, quę quidē ex occasione (tales eñ impeditę verbū videtur sonare) sentētiā hāc adimplēt merito: nā cum humores nō sint maligni nō faciēt ęgritudinē pernitiosā. At cum sint retēti recrudescent proculdubio, eamque in longum protrahent.

18 14. *die iudicantur ardentes febres aut alleuiantes aut perimentes.* 146. *Choac.*

Ad num. 13. referre conuenit sententiam hanc.

19 *Sanguinis fluxio plerunque contingit febrientibus, quibus rubores in facie, dolor capitis, fortis, & venarum pulsus. Choac.* 151

Quibus pulmonia inest non contingit rubor faciei sed à principio inflāmationis eos tingit. Quibus verò futura crisis per sanguinis profluuium (hemorragiam inquam) paulo ante iudicationem accidre solet qui ante non erat color rubeus.

20 *Quibus cibi sunt fastidia, oris ventriculi morsus, & saliuæ multum vomitus fit.* 152. *Choac.*

Hęc addit fastidiū & oris saliuā, & demit capitis dolorē & tenebrosorū inspectionē supra sentētiā & à sententia humeri octaui.

21 *Quib⁹ vero ruct⁹ ad sūt, flatus, & strepitus, & vētris eleuationes, his fit alui exturbatio.* 153. *Choa.*

Iudi-

Iudicia futura per albũ Gal. venatur per abſẽtiã ſignorũ quę vomitũ & quę ſanguinis profluuiũ ſignificãt, ſed ſi cũ anxietudine & agone quę horis criticis ſẽper adſũt, adſũt etiã hæc ſigna, certi⁹ multo præſagire alui fluxũ poteris decretoriũ, vẽtris eñ motus & murmuria præcedere ſolent eius ſolutionibus.

Quibus febrire incipientibus ſanguinis de nare ſternutatione deſtillat, & vrina ſubſidentiam habet albam. 4. 7. die ſolutio. 182. Choac. 22

Dũ prog. de vrinis ſcribebamus ſent. annotauimus quę habet quibus futura. 7. criſis eſt 4. die nubecula hoc autẽ deſtilla ab ſternutamẽto, vel ſignificat ex occaſione, tẽtatam vacuationem vel ſi mauis reijce ab arte.

Morbi acuti iudicãtur ſãguine de naribus (in die iudicatorio ſudore, vrina purulenta & vitrea & bonã ſubſidentiam habẽte, aceruatim exeunte, abſceſſu item memorabili, aluo mucoſa & cruenta egerente & vomitibus non paruis. 163. Choac. 23

Et fluxu mẽſtruorũ, & ſãguiflua affectione hoc eſt perhęmochoidas adde, & de vrina quod nõ in ſpecie tali ſed in genere ſicut de alui fluxu intelligere cõuenit, nã nõ ſolũ vbi illa eſt purulẽta & vitrea aut mucoſa, iudicatio cõtingere ſolet verũ etiã cũ aliorũ modorũ excernitur (ſi bene) quod autẽ de die ait iudicatorio ad firmitudinẽ iudicij facit.

Similiter & alui fluxio billioſa, genuum ac coxæ dolor,

dolor, & vrina cocta ad iudicationem, mulieri etiã menses. 185. *Choac.*

Cùm antea autor de excretione & abscessu qui duo sunt iudicationũ modi egisset veluti in genere, nunc addit in specie abscessum ad coxam, & aliud euacuationis genus quod supra reliquerat menstruus scilicet fluxus, disiunctim autem intelligere oportet quod de vrina ait, non enim copulari possunt vrina cocta huius sententię cum vrinæ fluxu prioris.

25 *Morbi de repente mentem percellentes cum anxietudine sanguinem profundunt. Choac.* 238.

Et anxietudo & delirium repentina præcedere crisibus solent, sed cætera signa inspectari oportet vt certius præsagiri quod verissimum est, possis, delirare enim hi quibus futura est crisis solent sæpe. Vt Gale. tertio Epid. parte. 1. tex. 24. sed hæc signa critica su pradicta non solũ sanguinis profluuij sunt sed alterius etiam euacuationis.

26 *Parua comparere velut sanguinis stillas & vrinam & vomitum & alui agestiones penitus malum, pessimum si proximè inter se prodeant.* 682. *Choacarum.*

Nulla est regula præsertim in hac nostra arte coniecturali quæ exceptionem nõ patiatur, confirmat cõstitutio. 2. 1. Epid. vbi multa

multa parua comparuere sine discrimine multo.

Calor & frigus.



Calidum frequens carnis effœminationem neruorum incontinentiam, animi torporem, sanguinis fluxus, animi deliquia ad quæ & mors. 5. aphoris. 16. 1

Ita plana hæc est sententia præsertim si Galen. in ea consuluisti, vt nostra non egeas ope.

Frigidum conuulsiones tetanos nigrores & rigores febriles facit eo. 5. apho. 17. 2

Non perfecta rei dispositio in hac est sententia, perfectam inuenies apud Galen. in hoc loco.

Frigidum inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medullæ, calidum amicum. 5. aphorismor. 18. 3

Neruorum incontinentiam calidum neruis inferre numero. 1. dixit Hippocra. nunc autem neruos à frigido pati maleque affici & prudentissime, quæ enim frigore sunt concreta calore soluuntur, & quæ moderato frigido se bene habẽt nimio offendũtur, calore namque actiones obiri necesse est.

Quæ perfrigerata sunt excalfacere oportet 4

R *præterea*

præter ea quæ sanguinem profundunt aut profundent breui. 5. apho. 19.

Ita coniuncta est pars Medicinæ practicæ cum prognostica vt sæpe sæpius concurrant sicut hic vbi ex calido sanguinis profusionem futurã, his qui eam pati solent prædicere decet, laxat namque vias calor, vnde natum est vt Hippocrates (in lib. acutarum & Galen. 1. Epid. parte. 3. text. 24.) capitis lauacrum calida commendat his qui sanguinem fusuri sunt commode.

5 *Frigidum vlceribus mordax cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit nigrorem inducit, rigores febriles conuulsiones & tetanos. 5. aphorism. 20.*

Vlceribus duplici causa frigidum, mordax esse potest & ob qualitatem propriam nudam & ob alienam cum à fluxu, idque ex accidenti cohibito acrium humorum effluuio: quod autẽ de dolore ait insuppurabili non est dubium, frigidum enim contrarium est calido cui competit & coquere & supurare pro rei dispositione.

6 *Frigida velut nix & glacies pectori inimica, tusses mouent, venarum ruptiones & destillationes efficiunt. 5. apho. 24.*

Hæc omnia potes prædicere dum frigidum cœli statum videris: ea enim omnia ef-

ficere solet status hic.

Aqua quæ cito calefacit & cito frigesit leuissima. 5. apho. 26. 7

Et ex hac prædicere poteris parum in hypochondrijs eam commoraturam & in venas allapsuram breui.

Qua parte corporis calor aut frigus ibi morbus aphor. 39. 8

Vel propria affectione vel sympathia ab alio necesse est (si spatio temporis hæc durant & permanentiam habeant) vt pars calida aut frigida magis quam pro naturali statu morbo affecta sit, dummodo læsiones actionum sentiat.

Quãdo toto corpore mutationes accidunt, vt si refrigeretur, & vicissim calefiat, vel color alius ex alio, longitudinem significat eodem. 4. aph. 40. 9

Contrariorum humorum calidorum scilicet & frigidorum indicia hæc sunt, mali autem morbi sunt vbi humores abundant contrarij, ad quorum generationem violenta fuit occasio & ad quorum corruptionem difficilior manus.

In continuis si exteriora frigent interiora calẽt & vruntur lethale. 4. aph. 48. 7. apho. 1. & Choacarum. 125. 10

De hoc agetur postea in verbo extrema.

11 *Quæ in iudicatorijs cum profectu & inquietatione perfrictiones sunt absque sudore, malæ, atque ex his rigores. 1. prorrhet sectione. 2. text. 27.*

Iactatio, inquietudoq; inter signa critica habentur, quæ non modo non mala esse solent sed salubria, ita vt ex eis certam prædicere sæpe salutem possis (positis conditionibus rectæ crisis) nam post subsequi solet euacuatio completa humorum molestantium, at perfrictio non quamlibet euacuationem præcedere solet, sed sudorificam præcipue, quæ si protinus non succedat irritationem aut debilitatem nimiam ostendit. Quod autem ait atque ex his rigores intellige, praui, ob eandem supra dictam causam.

12 *Refrigerationes ex rigore non recalescẽtes malæ. 1. prorrh. 31. sect. 2.*

Ex his qui iudicatoriæ rigent plures à rigore febrem accendunt quam sudor sequi solet, at aliquot statim post rigorem sudore madent copioso, paucissimi vero absque sudore liberantur: omnes tamen intra horam plus minusue calent. Quod si non recaluerint pessimus quidem rigor est, virtutis debilitatem portendens vehementem, non incaluit (vt dicebant) Epicratis vxor. 1. Epid. parte. 3. & vixit, sed hæc non iudicatorie riguit, secus est de rigoribus non iudicatorijs quos

quos aliquando febris non sequitur: hi enim non sunt adeò difficiles.

Si ex perfrictione sudantes recalescant malum & laterum est, cum dolore & rigor. Choac. 32. 13

Rigorem vt diximus sequi solet sudor, & hunc (si bonus est) febris remisio, si ergo hæc absit inutilis sudor erit irritationem naturæ significans. Reliquum de lateribus nō teneo, nisi teneamus rigorem cum laterum dolore.

Refrigeratio cum duritie mala: 2. prorr he. 14

Non habeo quid dicam, consule Galen. qui tribus verbis multa & vera comprehendit circa sententiam hanc, vnum solum addere liceat quod etiam est Galeni, 3. Epid. parte. 1. text. 7. insanabilia esse similia frigora si in acutis ardentibusque succedant.

Quibus de vrentia fatuitatem inferentia. Choac. 60. 15

Vno verbo interpretari licet hanc sentētiam heterogeneam scilicet dicens & cuius signa ad diuersa & contraria ducunt; at si vis exercitationis gratia plura quæ hoc idem adstruunt, Galen. vise quem facundum satis reperies in prorrhet. vbi heterogenea disgregat.

Qui perfrigerantur ex rigore caput ac collum dolentes voce destituti insuper exudantes post quā 16

se collegerint pereunt Choacarum.1.

Difficilia hæc sunt signa & quæ iudicationem difficilem ostendunt, tamen non ita vt de salute desperes considerare te oportet reliqua præsertim virtutis vires, humoris coctionem, & sudoris locum: nam si virtus valida humores cocti & sudor calidus vniuersalisque sit poterit ęger valere & ad melius progredi etiam in crisi difficili qualis hæc est.

17 *Moleste ferre morbum cum perfrigeratione pessimum. Choac.2.*

Etiam hic aduertere licet si molestia & perfrigeratio perpetua in morbo sit, nam si semel appareant circa iudicationis tempus (cæteris bene se habentibus) non pessimæ sed optimæ erunt.

18 *Ex perfrigeratione timor & tristitia præter rationem in conuulsione finit. Choac.4.*

Alicui hoc contigisse par est, sed propositio particularis non facit doctrinam vniuersalem: plures namque męsti fiunt parum ante accessiones & plures post à perfrigeratione quibus conuulsio non superuenit.

19 *Ex perfrigeratione vrinas intercipi pessimum est. Choac.5.*

Ante perfrigerationem aut rigorem decretorium vrina supprimi solet sine absurdo aliquo,

aliquo,at poſt rarum eſt & à natura alienũ quæ in refrigerationibus crebrius vrinas mouet propter humorum ad intra conuerſionem.

Frigiditas poſteriorũ partium conuulſoria eſt. Choac.9. 20

Rigent & tenduntur nerui frigore nimio:pars autem poſterior neruis plurimis ac grandioribus eſt referta.

Qui perfrigerantur ex rigoribus,paruis ſudoribus malum.Choac.46. 21

Vacuationem ſequentem ad critica ſigna copioſam eſſe cõuenit:ratio eſt,quia parua ſoluuntur,iudicantur magna,magnos vero morbos magnas conſequi vacuationes oportet, quare de acutis febribus intelligi hęc ſententia debet vt verum habeat.

Qui ex perfrigeratione ſudoroſa ſero recaleſcunt malum.57.Choac. 22

Aliquibus poſt ſudorem febris remittitur,ſed quæ accenditur poſt,quæ ergo recaluit citius peior erit,vtpote quæ quietis minus præbuerit.Quare difficilis eſt doctrina, hæc niſi intelligatur per ſero recaleſcere ſero recipere naturalem calorẽ, duo enim verbum ſignificare poteſt,& hoc prædictum & febrim accendi quod eſt recipere natiuum calorem aut extraneum ſuſcipere.

Per-

23 *Perfrigerationes ex sanguinis eruptionibus vehementes in iudicatoriys pessimæ & sine rectitudine erumpi malum.* 359.*Choac.*

Praue disposita decrescésque oratio hæc est, si namque merito pessimæ sunt perfrigerationes virtute iam deiecta ob sanguinis profluuium, quæ contra rectitudinem fiat malum non erit sed pessimo peior. Fuisset melius disposita sic sententia à copioso sanguinis fluxu refrigerari malum, pessimũ autem si aduersus rectitudinem fluxus fuerit.

24 *Æqualiter calidum totum esse corpus bonum. Choac.* 542.

Nec hoc simpliciter bonũ est, qui enim externis internisque ardent ęqualiter calent nec quicquã habent hi boni, nisi bonum di cas maiore carere malo, tale esset intra vri, ex tra refrigerari.

25 *Frigidum valde venas frangit, & tussim citat vt nix crystallus & contorquet vt pherea & gõgrone & concausa & durities.* 6.*Epid.par.*3.*text.*14.

Consule Galen. nil enim noui habemus quod demus præter illa.

26 *Refrigeratio quæ in ventrem sunt indurat.* 6. *Epid.parte.*5.*text.*27.

Galen. hoc in loco tenet refrigerationem exteriorem ventrem siccare, interiorem vero hume-

humectare, & in lib. de morb. & sympt. inter causas descensus fœcum tardioris refrigerationem scribit interiorem, qui tardius descēsus fœces indurare, siccarique merito solet subscribo huic vltimæ sententiæ propter causas in lib. de morb. & sympt. allatas, frigore namque & pauca bilis adest quæ stimulet, & in intestinis hebes sensus ob quē sentiat parum & multum retineat venter.

Frigidior frigido in tempore & regione calidior erit. 6. Epid. par. 6. tex. 4. 27

Distinctione opus habet sententia hæc, eam quære à Galeno hoc loco.

Rigor.

R*igor in continua ægro iam debili lethale. 4. Aphoris. 46.* 1

Rigor quidem eorum est quæ decretoria dicuntur: cū vero cōtinua febris magnus sit morbus viresq; poscat fortes, si hæ absint, adsitque rigor, erit decretorium non decernens, ac perinde signum malum, incōtinua ait nō per subintrantiā in qua rigores quotidie fiūt & quotidie soluūtur, & à qua sæpe etiam imbecillus æger liberari solet.

Febri ardenti laboranti rigore superuenienti solutio. 4. Apho. 58. 2

Habes librum integrū de tremore rigore

& palpitatione, vbi causas rigoris inuenies, inuenies etiam quamobrem rigor antecedat vacuationes iudicatorias, quarum sudor potissima esse solet, & si (vt Gal. in cōmmē.) aliquādo & vomitibus, & alui fluxionibus biliosis præponatur, sanguinis etiam proflu uium iudicatoriū succedere rigoribus posse insinuat Hipp. primo Epid. parte secūda, tex. 64. his verbis, plurimi riguerunt quibus sanguis non fluxit; re vera post rigores vidi sæpe & sanguinis fluores & alui defluxio nes, & bilis vomitus simul cum sudore, & pluries sudorem solum, itaque sudor aut so lus aut simul cum aliquo euacuationis gene re prædictorum prope semper rigorem se-
1 qui solet iudicatorium.

3 *Quibus in febribus certo die rigores fiunt eodem febres soluuntur, eodem. 63.*

Consule Galen.

A sudore horror non bonum. 7. Apho. 4.

4 Solent sæpe post sudorem decretorium ægri horrere aliquantulū ab aliquo humore relicto quem natura extra pellere tentat, & quem sæpe feliciter nouo expellit sudore, sed melius fuisset ita ęgrum liberum à sudore mansisse vt nō reliqua materia aliqua foret quæ horroris esset causa.

5 *A multa potatione rigor & delirium malū. 7. Ap. 7.*

Mor-

Morbos acutos initium sumere à rigore habemus, ebrij autem cum morbosum nō habēt apparatū absq; rigore tales sunt, malum ergo erit ebrietati morbum succedere acutū, copulatiuè autem contingere amētiā oportet cum rigorē, nam delirium seorsum non multum significat malè taliter affectis.

Ex rigore desidiæ, non valde apud se existunt 6
1. prorh. sectione. 1. sententia. 3.

Affectus desidia est tarditatem significās, morbis soporosis cōmunis & à frigido humore in cerebro procedens (nā quæ ab animi deliquio non desidia dicitur) mala quidē & in quā, extra se ęgri maiore ex parte sunt, auget tamē rigor malitiā rei nā post eū (cū iudicatori⁹ est) vacuationes succedere solēt quæ hominem etiam consopitum expergefaciunt non expergefactum sopiunt.

Rigores æstuosi quodantenus pernitiosi. 1. prorhet. sectione. 3. 9. 7

Naturale est rigoribus omnibus quātū in eis agitur ęstuationē aliquā ęgris facere interiorū. Tū caloris natiui recessu, tum etiā agone in quo positi fatigantur, esse tamen æstuosos nimis ardentissimæ bilis & maligni humoris suspicionem præbet, hos rigores æstuosos in conuulsiones quādoque finiri immò conuulsiones accersere autor est prorhetici autor. 1. prorh. sectione. 2. 33.

S 2 8. *Igno-*

8 *8. Ignorantia cum rigore malum. Choac. 6.*

Etiam in criticis actionibus fatuitas aut delirium accedere solet rigori cui sudor & falus, difficile tamen accidens magis fatuitas est quoniam à frigidiori succo.

9 *Rigores ex dorso molestiores. Choac. 13.*

Rigores à lumbis originem ducere Hippo. fert sententia. 5. Apho. 69. per dorsumq; ad caput ascendere: cuius ratio (Gal. eodem loco) est quod partes illę neruosæ frigidioresque sint, ideo à frigidiore parte initium sumere & per dorsum (qui minus frigidus est quia cordi propinquior) in caput non adeo frigidum ascendere, ex quo, licet colligere rigorem malum esse qui à dorso incipiat parte cordi propinquiore, vt qui natiui calidi penuriam ostendat. Aduerte ex Gal. 6. Epid. parte 3. text. 19. quod à passo loco rigores incipere solent vbi est, vbi nō à lūbis & dorso, ex hoc initiū annotationis cape.

10. *Qui 17. riguit & 24. superriguit difficile. Choac. 14.*

Raro rigores iudicatorij. 7. diem transcendere solent (in primo loquor morbo non in recidiua) humores namque quos natura interueniente rigore pellit, acres ardētesque sunt vt plurimum, quare 14. attigisse crudioris materię signum exhibēt quæ sin 7. cum

rigore moueat iã ex hoc malũ eſt, at magis malum ſi poſtea.24. moueatur iterũ die qui in debilioribus iudicatorijs annumeratur.

11 *Horrore affecti caput dolentes & exudantes malignum.1.5.a.6.rigores multi torpidi maligni. 17.Choac. hæ omnes ſunt.*

Qui frigent, rigent, aut horrent intro habent calorem natiuum cutimque ſtipatam donec calefiunt, quo tempore rara fit, quare horrentes ex ſudore nõ opus naturæ eſſe cenſendum eſt ſed impotentis præ anguſtia retinere.

12 *Quibus ſexta die rigores fiunt difficile iudicantur.4. Aph.29.& Choac.18.*

Si imperfectam pro difficili intelligas veriſsima hæc & Hipp. digna eſt ſentẽtia quã obſeruabimus ſæpe. 6. ſcilicet die rigores fieri quos ſudor & ſalus ſimul ſequeretur, ſed quibus tale contigit recidiua ſubſequuta eſt fere ſemper, aduerti has febres eſſe naturã ſynocharum putridarum vrinaſque parũ ante rigores nimis perturbatas indiciũ humoris incocti præbere: ob quod recidiuam cõtingere neceſſe eſt. Aduerti etiã hos reci diuare nõ cum maiore quã ante periculo, præſertim ſi vires haberent robuſtias ſatis, ex his etiam qui.7. iudicantur recidiuare ſolent vt contigit Cherion.3. Epid. parte.2.

13 *Continui rigores in acutis praui.24.Choac.*

Rigere in acutis sæpe malũ est & quod decretoriũ non decernens, & quod cacochymiam significat plurimam, vt Gal. 6. Epid. par.3.text.26. vbi ait horrores cacochymię signa esse cum calefiunt,at rigores magis.

14 *Ex rigore exolutiones cum capitis dolore pessimæ.25. Choac.*

Etiam si decretorius sit rigor malus cum exolutione est,grauissimum namque symptoma iudicium male securum reddit prope semper.

15 *Rigor cum distentione neruorum in posteriora occidit.Choac.27.*

Malũ quidem est conuelli ęgrum(etiam si ne rigore)& periculosum,nõ tamẽ vt mors necessaria accedat:riguit.3.Epi.p.2.Cheriõ. cui die.3.cõuulsiones fuere non tamẽ obijt.

16 *Rigores vt in tertiana si in media inordinata febri exacerueutur valde maligni.30.Choac.*

Autor huius sentẽtiæ paruã de emitriteis notitiã habebat & accessionum implicatione turbatus inordinatam iudicauit.Febres difficiles quidem hæ sunt sed non adeo vt malignæ haberi debeant.

17 *Quibus rigor his vrinæ suppressio.34.& 98. Choacarum.*

Commotis intro humoribus & neruosa substan-

substantia vellicata solent horrentes & rigentes sæpe matulam poscere, contrarium quidem experimentum sententiæ huic, præstat ergo interpretari in bonam partem, & dicere voluisse ante rigorem vrinarum contingere suppresſiones.vt Hipp. 6. Epid.par.1.tex.11.

Rigor vna cum iudicatione aliquatenus horrendus est.3 54.Choac. 18

.Intellige stultis imperitisque qui qualibet ex causa perturbantur.

Qui in rigores validos tendunt non admodum mitigantur nisi prope statum.6.Epid. parte. 19
1.tex.9.

Galen. commentarium sequamur, præsertim partem priorem quæ de statu agit particulari.

Rigores incipiunt mulieribus ex lumbis magis & per dorsum proueniunt in caput, viros etiam parte magis posteriore velut ex fœmoribus & cubitis, indicio est cutis raritas quam pilus ostendit 5.Aphoris.69. 20

Hanc sententiam aphoristicā Hipp.ipse interpretatur.6.Epid.par.3.tex.19.dicens viris etiam parte posteriore, reliqua quære à Gal.in commentarijs.

Rigor à superiore ventre magis, ignis autem ab inferiore.6.Epid.par.5.text.3. 21

Rigo-

Rigorem à frigida etiam causa ortum du cere leges apud Gal. tum aliàs tum in com. contextus. 19. tum in præsenti, in cæteris Ga len. consule qui nobis in præsentiarum vi detur morem nimis autori gerere.

22 *Superuenientes rigores & nocte magis quodammodo exaceruantes cum vigilijs, & venarum agitationibus in somnis atque vrinas præter arbitrium excernentes in comatosas aliquando finiũtur conuulsiones. 1. prorheti. sect. 3 tex. 9.*

Aliquando hæc contingũt & sępe non.

Sudor.

1 *SVdor omnibus morbis cõmunis. 4. acutarum. 71. Choac. 16.*

Habet quodã proprium sudorifica euacuatio respectu reliquarũ euacuationũ & quodam cũ omnibus ægritudinibus cõmune: propriũ quidem & quo cęterę excretiones carent, est quod nõ sicut illi vires prosternit, videm⁹ enim ęgros sępe crebris & copiosis sudoribus affici, è quibus nõ debiles exeũt, sicut qui per deiectiones, hemorragias, aut aliàs vacuãtur. Cuius causam esse autumo quod in sudore non humores alentes sed eorum serositas præsertim excernitur quæ non alimentum sed alimenti vehiculũ est. Accedit quod sudor vacuatur

per ſpatia ratione contemplabilia, quibus ſpirituum multitudo exire nequit: ſecus ac in reliquis euacuationibus quæ maioribus celebrantur canalibus. Non (inquam) de ſudoribus prauis in die critico: nam hi breuiſſime necare ſolent, abſumptis nimirum omnibus impetum facientibus, refluente deficienteque vniuerſim tertia parte corpus humanum conſtituente. Ab omni alia euacuatione dictum peculiare eſt ſudori, & cōmune cum reliquis morbis quod omnibus proſit. Nam etſi pendētibus à crudis ſtatim non conueniat, poſſet tamen adhuc nō mutata morbi ſpecie attenuari ita vt habiles ad ſudorem redeant, & qui ante malus habebatur fiat bonus ſudor.

Sudores optimi ſunt in acutis qui in diebus fiunt decretorijs & integre ſedant febrim, boni qui ex toto corpore præcedentes fecere vt æger facilius morbum ferat, qui neutrum inutiles, peſſimi frigidi, & circa caput vultū & ceruicem tantum hi cū acuta febri mortem cum mitiore morbi longitudinem. 1. prognoſticon. 22. 2

Qui bene doctrinam de criſibus tenet non ſolum quæ hic autor docet perſpiciet, verum ſæpe de ſudoribus audiens iudicabit rectè, adhuc inſcius calidus frigidus vniuerſalis aut particularis ſit ſudor, nam ex eo fa-

cto initio morbi & ſine ſignis malum certo arguet, quemadmodum bonum ſi in ſtatu ſalubris morbi contingat, multa multis in locis Galen. de huiuſmodi præſagitione, at nunc placent quæ 1. Epid. parte. 2. text. 27. ſcripta reliquit, aliæ ſunt de ſudore ſententiæ in Choacis præter infra ſcriptas quas conſulto demittimus, quia ad exercitationem hæ ſunt ſatis.

3 *Sudoribus febricitantibus boni.*3.5.7.9.11.14.17.21.23.27.31.34. *cæteri laborem longitudinem & recidiuam.4.aphor.*36.

Qui morbi ab humoribus tenuioribus pendent ſudori aptiores ſunt, quales bilioſi per tertium repetentes: merito ergo imparibus diebus ſudores commodiores erunt in vniuerſum, etſi aliquando ob errata & ſine erratis contingant in die pari non infœliciter, vt contingit pericli.3.Epid.parte.3.qui 4. ſudauit nec recidiuam paſſus eſt quod tā quam rarum videtur Hippo. aduertiſſe.

4 *Frigidi ſudores cū acuta febri mortē cū mitiore lō gitudine ſignificāt.4.aph.37.& lib. de iudicijs.*

Fragmētum hoc eſt capitis vniuerſalis in prog. ſcripti, de quo nil habeo niſi quod à Gal. accipere poſsis.

5 *Qua parte corporis ſudor ibi morbus.4.apho.38.*

Videtur ſententia hæc potius ad diag-

nosticā pertinere potest tamē prog. fieri si ex particulæ sudore imbecillitatem arguis, & ex partis imbecillitate abscessum præsagies. cæteris non renuentibus.

Sudor multus somno factus copiosiore cibo uti significat: quod si non accipienti accidat scire oportet quod indiget euacuatione. 4. apho. 41. 6

Ad dignosticam etiam & Therapeuticū hæc respicit, at ex qua futuros morbos indubitanter præsentire poteris, nisi consilium Hippocratis ęgri recipiant. Sunt enim præsertim conualescentes multi qui opinione falsi existimant sudores hos à debili virtute procedere, quam dum instaurare conantur cibis se onerāt quibus postea succumbunt.

Sudor multus frigidus aut calidus, semper fluens hic minorē ille grauiorē morbū significat. 4. aph. 42 7

Pater charissimus naturæ calor est, frigus autem vitricus, non ergo mirum est si ille leuiter hic nos grauiter afficiat. Verū hoc de calore & frigore tanquam causis dictum est. Reliquum est de eis tanquā signis (quod intentum est nostrum) dicere, humores calidi tenuiores sunt, frigidi crassiores, verisimile est, calidos natura sua & magis disipari quia tenues, & minus resistere natiuo calido quia calidi, quod totum in frigidis contrarium reperies.

8 *Sudor ſuperueniens febri non deficienti malũ longitudinem plurimumque humorem ſignificat 4.aphor.56.*

Indiſtincta hæc eſt ſententia quia ſi ſudor ſit in acutis frigidus aut etiam calidus circa clauiculam & caput, non morbi longitudinem ſed mortem breuiſsimam portendit, ſi diſtinctionem amas habes ab ipſo Hippocrate pulchram numero.1.huius.

9 *A ſudore horror non bonum.7.apho.4.& .61.*

Præſtat ſudorem vacuaſſe materiam omnem ita vt nil reliquum ſit quod ſi aliqua pars remanet non bonum eſt ſed non ſtatim malum, ſæpe namque in acutis à ſudore melius ſe habent ęgri & à relicta materia pauca horrentes iterum fœliciter ſudant.

10 *Si qui ſudantes capite præſertim in acutis implacidi fuerint malum.1.prorrhe.ſectione.2.&.4.*

De hoc ſudore ſupra numero.1.Hippocrates locutus eſt, eſt enim tanquam membrum illius ſententiæ vniuerſalis.

11 *Sudor multus ſi in acutis fiat malus.1.prorrh. ſectione.2.23.*

Si de continenti ſudore ſententiam intelligas credere hærereque tenaciter debes, ſunt enim qui ab initio exudantes propter maligna irritationem non ceſſant donec animam exhalant. Hiſtoriã habes apud Hippocratem

pocratem. 1. Epid. parte. 3. in Erasino.

Si in sudoribus vigiles recalescant malum. 1. *prorrhe. sectione.* 2. 34. 12

Qui feliciter exudant statim profunda quiete fruuntur, dormiuntque suauissimè, corpus enim morbo trãsacto defessum (prohibente remoto) grauiter otio operam dat, huic contrarium infeliciter sudantibus cõtingit, nam humore noxio moto & nõ vacuato vigiles fiunt & febribus crescunt.

Qui in febribus sudant cum capitis dolore suppresso aluo conuelluntur. 1. *prorrhet. sectione.* 3. 23. 13

Eadem fere hæc est quæ superior.

Exudantes vigilantes recalescentes malum. Choac. 47. 14

Audax nimis autor huius est in promittendo, aut si mauis timidus nimis in sperando.

Qui insuper exudarunt in febre maligne habent. Choac. 48. 15

Oedipo declaratore eget ænigma hoc.

Qui in acutis exudant molestè ferentes malum 58. *Choac.* 16

Facilis sit iudicatio oportet vt sit perfecta, nec tamen difficilis omnino mala est, pugna enim naturæ cum morbo non solum ante vacuationem semper quasi molesta

 est,

est, sed etiam ipsa euacuatio.

17 1 *Sudor vna cum febre fiens in acuto lethalis. Choac.631.*

Ex his qui iudicatorie rigent, aliqui statim à rigore sudāt aliqui recalescunt, quibus autem initio recalescentiæ, aut augmento, aut statim sudor prorumpit non infœliciter.

Sanguinis fluxus.

1 *QVi ex copiosa sanguinis eruptione, & frequenti, nigrorum multorum est deiectio hi suppressa aluo dolorosi sanguinem profundunt, cum quadam vero fluxione facile ferunt. An hi sudores frigidos habeant multos? Returbata his vrina mala non est, nec quod residet genituræ simile. Frequentius vero meiunt aquosa. 1. prorrhet. sectione. 3. text. 47.*

Liceat mihi lyram nunc ab Appolline auferre, & necessitatem collocare vbi Galē. contingentiam, liceat inquam vniuersalem & artificiosam sententiam dicere, quam particularem & absque artificio iudicauit Galenus. Pro quo animaduertendum, quod etsi apud eundem. 6. Epid. parte. 3. fluxus sanguinis simpliciter dictus è naribus intelligēdus sit, & per sanguifluam affectionem fluxus ab

ab hemorrhoidibus parte. 2. eiuſdem. 6. nil obſtat quãdoque vnum pro altero capi poſſe, præſertim ab antiquis qui in vocũm ſignificationibus nõ fuerunt adeò diligentes: his poſitis ſententiam aggredior quam expertus ſum ſæpe & aliquando non ſine meo dedecore (deceptus namque ſymptomatũ ſequitia deploratum iudicaui quem poſtea leuatum ſanumque vidi) ſit ergo talis interpretatio. Qui copioſum ſanguinẽ euomunt & frequenter (hoc intellige intra ſpatium breue; nam ex peracutis hæc eſt affectio) nigrorum multorum eſt deiectio, quoniã ſanguis qui ſuperiora fugit in infera delapſus cum fecibus miſcetur, quas rubeo colore tingit prius, ſed longo itinere ſuum amittit florem, in nigrumque rubeum mutat colorem. Ob hoc nigrorum fit deiectio, & multorum quia in his qui multum ſanguinis vomunt, multum deorſum ferri par eſt, & quoniam feces omnes quæ naturaliter inteſtina occupant, ab irritatione ſanguinis eis commiſti continenter deficiuntur, quod ſi excrementa hæc ſupprimantur doloroſi circa vẽtrem fiunt meritò. Quod ſi iterum aluus lubrica ſit, merito ſanguine profuſo fluenteque facile ferent, hæc ita plana ſunt vt nullis egeant teſtibus. At in eo quod ſequitur de-
miror

miror autoris interrogationem, nisi ea artificiosa sit & affirmans, quales sunt Aristotelis problematum, quis enim ignorat sanguinem extra venas in grumos conuerti ab eisque sæuissima symptomata oriri? oriuntur quidem in taliter affectis, & sudores frigidos & asphigias etiam patiuntur affecti taliter, quod autem inquit de vrinis non malis return perturbatis & genituræ similibus, intellectu facile est. Quæ namque procathartica sunt vires tollunt à præsagio. Turbatæ nimirum esse poterunt ob maximam naturæ perturbationem, genituræ similia præstabunt contēta si homo ante cruditatibus abundabat. At sępius aquosam vrinam tum ob bilis absentiam & recursum cum sanguine, tum etiam ab hepate labefactato sanguinis fluore nimio. Cùm ergo ęgrum viseris sanguinem vomentem copiosum & frequenter, merito prædicere potes nigrorum multorum deiectionem, ventris dolorem, ex eorum suppresione, doloris leuationem ex sanguinis iterata fluxione, frigidos sudores atque etiā pulsuum abolitiones. Nec tamen mortem certo futuram præsagias. Sęua enim hæc accidētia à grumis fiunt malignis qui possunt & solent facile & fœliciter expelli.

2 *Cui multum sanguinis sursum ac deorsum erupe*
rit,

rit,& febris accesserit,hydrope corripi timor: è quo pauci euadunt breuique pereunt.2.prorheti. tex. 15.confirmat.6.Epid.par.4.tex.11.

A copioso sanguinis fluxu vires debilitari,iecorisque artificis eius præsertim palam est:sicut & iecur frigidius reddi ab eoque recrementa aquosiora gigni. Hac de causa in præcedenti sententia aquosæ contigerunt vrinæ:& hac etiã in præsenti hydrops genita est, quod autem de febri ait non ita planum apparet, nam etiam absque febri nimio sanguinis fluori hydropa superuenire consentaneum erit, nec quod de futura ait morte est dubiũ.Difficillim⁹ enim morbus hic est, & qui eget numine medico. Dubitari autem licet de mortis tempore cùm videamus morbum hunc chronicum non acutum esse, nisi acuta comitetur febri.

Qui statis certisque temporibus sanguinem profundunt siticulosi,difficiles,& exoluti,si non profuderint,epilepsia pereunt.1.prorhetic.sectione.3. tex.38. 3

Cõmunem loquendi formam sequutus est libri autor,dũ exolutos appellat eos qui à nimio sanguinis fluxu debiles facti ad motum manent inepti, & non inepte eos sitire putat,siquidem sanguine conseruantur sub

stantificę humiditates,& habét suum esse, prauus igitur status est eorum qui certis tẽporibus,præter naturam sanguinem effundunt (vt fœminas excipiam) quia ex consuetudine necessitas arguitur in re non necessaria.Sed prauior multo qui eis accedit nisi suam seruent assuetudinem in euacuatione sanguinis:à cuius suppressione damna multa manare est necesse, quod autem ait de epilepsia futura audax mihi videtur præsagatio.8.

4 *Sanguinis eruptio quartanas non soluit, nec alios morbos quos alui fluxus curare solet.lib.iudictorum.*

Morbis sanguineis vacuatio competit, morbis verò à reliquis humoribus ortis ex purgatio.Merito ergo humoris sanguinei eruptio nec quartanam soluet quia à melancholia ortum habet, nec alios morbos quos curat alui fluxus quales omnes cacochymi existunt,digna est sententia hæc mę iudice, dices Galenum.6.Epid.parte secunda tex.14. hęmorrhoidum fluxum morbos à melancholia curare,fateor,at talis fluxus sicut & menstruus expurgationem simul cũ euacuatione operatur, maneat ergo documentum tãquam Hippocratis veneratum. Nec obstet quod.6.Epid.par.4.text.2. scrip-

V tum

tum sic habetur, vrina crassa alba vt seruo Archigenis in lassitudinosis quartanis interdum exit, & ab abscessu vindicat, quod si præter hoc & sanguis è naribus abunde eruperit, valde cito liberat. Nam quæ vacuatio per se & sola non valet liberare morbum, potest adiuuare aliam morbi appositam liberatricem, quod si velis illud valde cito ad abscessus solutionem referre non immorabor.

Quibus sanguinis eruptio multa fuerit, deinceps aluus malè afficitur, si non vrina coctâ fuerit 5
1. prorh. sectione. 3. tex. 40.

Omnes vacuationes aut prosunt humorum excretione, aut obsunt debilitate quã causantur, qui ergo sanguinis fluor crudo contigerit humore proculdubio erit secundi generis, corpusque labefactabit præsertim ventrem qui natura exanguis frigidusque existit.

Cùm venere vti incipiunt sanguinis profluuio laborant. 6. Epid. par. 3. tex. 23. 6

Non erit artificiosum fœminis ad pubertatem accedentibus sanguineum fluxum menstruum adfuturum dicere, erit tamen in morbis tam fœminarum, quam virorum circa hanc ætatem futurum prædicere, sanguinis fluxum, cum aliquo ex

alijs signis. Hoc genus euacuationis portendente, causa est manifesta, quod si futuræ hemorrhagiæ signa quæris ea inuenies speciatim apud Galen. libr. de crisibus, & breuius 1. prorhet. sectione. 3. tex. 58.

7 *Sanguinis de naribus profusio aut his qui sub uirides nigrique sunt, aut rubri & virides, aut sub uirides. 6. Epid. par. 3. tex. 21.*

Abundantissima fuit Græcia, tum in plurimis vocabulis eandem rem significantibus, tum etiam in eo quod vnicus terminus plures habeat significationes metaphoricas. Hac de causa textus hic multipliciter declaratur ab antiquis & à Latinis variè traducitur. De quo existimo elici, hos omnes à sanguinis vacuatione iuuari sæpe, non solum quia vacuantur, sed quia corpus contemperatur quod calidius in talibus esse est necessarium, quod si hæc non placent recipe Gal. sensum.

8 *Narium stillatio comatosis inter initia praua. 1. prorhet. sectione. 1. tex. 1. & section. 2. tex. 47.*

Pleni sunt libr. prognostici & critici quã tum afferant difficultatis vacuationes tentatę & non perfectę, præsertim ante morbi coctionem, quo tempore natura stimulata contrarium sibi ipsi motum aggreditur, male ergo sunt euacuationes hæ quoniam irritatio-

tationem significant ob excretionem intēpestiuam & virium debilitatem ob euacuationem frustratam.

9 *Sanguinis stillæ pusillæ malæ. Choacarum. 62.*

Notatur hic quantitas excretionis non tempus: itaque vbi stillæ hæ malum significare notæ sunt ob rationem supra allatam. Hoc sit dictum non vniuersaliter, nam aliquando stillæ in quarto indicatoriç sunt fluxus perfecti in septimo, sic à Paulo elici potest, & sic vidimus aliquando, licet raro experti sumus. Sæpius stillis his sudores postea superuenire, non quidem integrè sedantes febrem, sed facientes vt ęger facilius morbum ferret, quod si sedarunt, omnino eis recidiua postea contigit, sed nimis à re abscessi, redeo.

10 *Vndecima die sanguinis stillicidia difficilia tum aliàs tum si superstillauerint. 1. prorh. sectione. 3. 5. 5.*

Sæpe numero brachia tentant secundo, quod semel aggressa non valuerunt perficere, intentoque succedit res. Quod si semel & bis aggressa succumbūt oneri, iniqui roboris indicium est patens, quod autem ait de vndecimo die grauitatem auget & rei difficultatem, solent enim hæ vacuationes

tentatæ cruditatis tempore accidere. 11. autem naturam crudam exiſtere, debilem & oneratam nimis eam ſignificat.

11 *Quibus cum ſurditate & torpore parua eſt è naribus ſtillatio difficilis, vomitus his confert & alui turbatio. 1. prorrheticor. ſectione. 3. tex. 48.*

Diuerſi generis hæc ſunt ſigna ſed non omnino, ſtilla namque ſurditas, & torpor humoris raptum ad ſuperna ſimul indicant: & ſi priùs irritationem, ſecundum auditus tertium mentis læſionem portendit. At omnia ſimul ſanguinis à quo ſtillæ, pituitæ aut melancholiæ à quibus torpor, bilis à qua ſurditas in acutis copiam ſignificāt. Cum ergo tot ſint ſaluti inimici graues, & potentes, meritò Galenus verbum difficilis accuſat tanquam dimunutam efficiēs orationem. Præſtitiſſet ergo dixiſſe pernitioſa aut ſaltim lethalis, quod autem ait de conferentia vomitus & ſolutionis ventris, oportet tenere quod ipſe Hippocrates docet aliàs, ac quod ſi talia qualia cōferent ſint minus contra, itaque indiſtincta ambiguaque ſententia exiſtit in boni ſignificatione & in mali diminuta.

12 *Poſt modicam ſanguinis eruptionem, nigramque deiectionem in acutis ſurditas malum: ſan-*

guinis deiectio in his perniciosa leuat surditatem. 1. prorhet. sectione.3 .tex.37.

Modica eruptio sanguinis praua est vt satis superque ante dictum fuit,quod si alia praua ei adiungatur, perniciosa proculdubio existet. Prauum autem quoddam est deiectio supra dicta propter causas quas suo dicemus loco vbi de alui solutione agetur. Surditas maligna inter initia ob ea quę post dicentur vbi de surditate erit sermo. Quod autem ait deiectionē sanguinis soluere surditatem,id fiet reuulsione facta, nam quibus surditas à bile sit superueniens biliosa deiectio tollit surditatem, & quibus à sanguine sanguinis fluxus per ventrem.

Ex naribus exiguo cum sudore perfrigescentia maligna,prauaq; 1. prorh. sect. 3. tex. 34. 13

Vidimus non semel simul post perfrictionem,è naribus sanguinis fluxum cum sudore in acuta febre: à qua ęgri superstites euasere,at sudor non erat exiguus,qui malus haberi debet tanquam vacuatio tentata.

Sanguinis ad latus diuersum eruptiones malæ, vt si cum lien magnus fuerit dextra ex nare fluat, atque res in hypochondrijs ita se habet, cum sudore deterius id existit. 1. prorheticor. sectione. 3. tex.33. 14

Quæ ducere oportet per conuenie͂tia loca

eo ducere, conuenientia autē loca sunt dextra cum dextris & sinistra cum sinistris: hoc natura comparatum, hoc experimento probatum est. Quod si causas rectitudinis desideras, quęre ab alijs qui longiorem sequuntur scribendi formam. Mihi quidem satis est rectitudo, fibrarum inuenis quas in pelui conspicio, ad rem rediens inquam malas esse has naturæ delirationes tāquam non naturales.

15 *Sanguinis eruptiones vehementes in iudicatorijs perfrictionibus pessimæ.* 1. *prorhet. sectione* 3. *tex.* 42.

Fateor me non sine timore quamlibet hæmorrhagiam videre, nam quæ parua est tanquam signum mala habetur ob rationes ante allatas: quæ verò vehemens (vt verbo vtar præsenti) mala est tanquam causa quę prius hominem in discrimen ferat, quam eius saluti faciat satis. Quod autem ait de iudicatorijs perfrictionibus, nil habet consentanei: nullo enim tempore narium sanguis copiosus feliciter magis euacuari conspicitur quam critica hora, præsertim si cętera adsint vt in conualituris.

16 *Post sanguinis eruptionem deiectiones nigræ malæ, prauæ & impense rubræ.* 1. *prorhet. sectione* 3. *text.* 3

Si

Si copiosa eruptio fuerit humore iam co ɛ̃to,non ratione alienum est nigras deiectiones prodeisse posse, cũ euacuationes [illegible] sic exeuntes bonę soleant esse. Quod autem habet prauę impense rubrę plane subscribo: tales enim incoctę sunt & malignæ vt dum de alui fluxu agemus manifestum fiet magis, non licet appellare rubras deiectiones quæ ab hemorrhoidibus deijciuntur, hæ nãque potius merentur nomen fluxus sanguinis quam deiectiones impense rubræ. Inuenies eodem.1.prorh.& eadem sectione aliquot alias sententias de fluxu sanguinis narium præcipuè,sed vt exercearis hæc sint satis ne tempus in non necessarijs perdamus.

Abscessus.



Bscessus ægritudinem soluit. 4. *acutarum.text.*11. 1

Indefinita est propositio hæc & quæ eget finitione,hanc ex sequentibus capies.

Si qua febris prorogatur ex qua æger liberari posit,nec dolore detinente ob inflammationẽ, aut ob aliam causam euidentem, expectare oportet abscessum cum timore ac dolore in articulos maxime inferiores. 2.*prog*.23.*Choac*.154. 2

X Pul-

Pulchrè Galen. hanc interpretatur ſentē-tiam, ſed addere oportet quod poſitis conditionibus ſupradictis abſceſſus fruſtrare ſolent aliquando. Hoc vidiſti ſæpe in tertianis notis, vnde excipere oportet febres longas, quæ rigore apprehendunt, in quibus ſolet rigor materiam abſceſſus aſſumere. Hoc ita eſt, ſi per abſceſſum intelligamus humorum decubitum in partes abſcedentes (vt proprie intelligi debet) alio enim modo minus proprie ſignificat abſceſſus quanlibet morbi terminationem vt dicit tertianā abſcedere in quartanam, qua acceptione etiam nothæ tertianæ abſcedunt, & aliæ in alias febres vt text. ſequenti.

3 *In febri continua ſi ſpectandus abſceſſus, & in quartanam deſitura ſi intermittens errabilem ſum pſit modum, autumnusque fit. 3. prog. 27.*

Vbi ergo vires valentes morbus longus humor craſſus non detinente dolore, vt dictum eſt, abſceſſus expectandi in continua primo modo ſumpto abſceſſu, in intermittē te modo ſecundo, vt ſupra dictū eſt, in quartanāq; deſiturū morbum. At in natu minoribus abſceſſus primo modo in maiorib⁹ modo ſecundo vt inferior tenet ſententia.

4 *Abſceßus ſit minoribus. 3. annis ita quartanæ maioribus, aut etiam maioribus. 18. Choac. 155.*

Ab

Ab aduſtis humoribus quartana fit qui bus natu maiores ſcatent ob acriorem calorem quem habent.

Abſceſſus hyeme potius accidunt, tardius deſi- 5
nunt, minus repetunt. 1 *.prog.* 29.

Hyeme quidem & ſucci craſsiores fiunt & cutis adſtrictior, quamobrem humores per eam digeri nequeunt, deſinunt tardius ob priorem cauſam & ſecundam, nam & difficilius coquuntur, quia craſsi, & difficilius digerũtur attenuati ob cutis denſitatẽ: quod autem minus repetant non hæc ſola vltima cauſa, ſed prior eſt, craſſi enim humores fixius hærent & cum difficile recurrant difficile etiam repetent.

Si febris & dolor detinent, excreatio non ex 6
ratione, nec bilioſus alui fluxus, nec vrina valde craſſa cum copioſo ſedimento & in cæteris ſalutaris morbus eſt, abſceſſus expectandus. 3. *prognoſti.* 65. *Choac.* 432.

Aut excretione aut abſceſſu ſoluẽdi morbi ſunt, qui ſalubres cum ſint ab humoribus coctu difficilibus pendent. Si igitur nec ſputo (vt in morbis pectoris) nec fluxu bilioſorum aut crudorum per aluum & vrinas humor excernatur, veriſimile eſt eum in abſceſſum terminãdum. Nam de inflammationum terminationibus in ſuppurationẽ ante

habitus sermo est ab Hippocrate, nec te hę rere faciat quod de biliosis & coctu difficilibus humoribus supra dictum est, nam etiam crassa bilis difficile coquitur.

7 *Si abscessus deletur & rursus repetit sine ex creatione febre detinente difficile, periculum mortis delirijque imminet. 3. prog. 68.*

Contingit sæpe humores extra apparere (in acutis) aut ex anthematis quibusdam, aut etiam tumore alio, idque sine aliquo ab surdo, natura nempe extra pellente & digerente humores, sed hoc non in morbis coctu difficilibus quales hi qui in abscessus terminantur. Quare in talibus abscessum euanescentiam non eorum resolutionem sed recursum ad interiora significare par est, periculum enim est non paruum ne iterum recurrat. Quod autem inquit de morte aut delirio quasi exempla sunt eorum quæ cōtingere possunt hoc (etsi morbis pectoris agat Hippocrates) perspicuum est, quod omnibus conuenit.

8 *Abscessus maiores quam substineri possint, aut minores quam conferre praui. 1. Epid. parte. 2. text. 34.*

Placuit ex historia Hippocratis sententiam constituere, quoniam aliam ei similem in volumine nō inueni, de qua sentio quod maiore

maiore prudentia opus est ad prȩsagiēdū de abscessibus prȩsentibus quā de futuris, de futuris nāq; cunctanter Medici prudētes prædicunt ideoque raro fallaces à cæteris reperiuntur, at in abscessu præsenti Medici ita sunt audaces in prædicendo salutem (aut amore aut adulatione moti) vt sæpe fallantur. Oportet ergo magnitudinem, moremque morbi exacte considerent, vt intelligat si absceſsus est sufficiens ad morbi leuamē. Oportet etiam ȩgri vires ad amussim pōderare, vt si magnus est sciatur num possit natura eū bene regere an vero ante deficiat.

Considerare autem oportet statim abscessus signa si.20.diebus transactis febris detineat.3.prognostic.25. 9

Non in quolibet morbo statim vt. 20. præterierit suspicari abscessum oportet, sed in acutis solummodo, nam de his agitur in loco vnde sententia est lata.

Abscessus iuxta aurem maxime fiunt anxiosis. Choac.619. 10

Melius aptiusque dixisset comatosis & delirantibus, affectiones enim capitis in aures abscedunt, quarum glandulæ cerebri emunctoria sunt, sicut cordis illæ quæ sub assellis reperiunt: de abscessu iuxta aures aliæ sunt in Choacis sententiæ quas consultò de-

 mitti-

mittimus tanquam superuacaneas.

11 *Quibus ex morbo conualescentibus pars aliqua laborat eo abscessus fiunt.* 4. *aphor.* 32.

Qui conualescentes aliqua parte sine manifesta causa dolent, necesse est eis quod humorum relictum erat in dolentem abscedere partem, hoc in omni febrium genere tenere oportet: at in his qui cum lassitudine febricitarunt (vtpote quæ ad abscessus paratæ sunt) vel quælibet defatigatio absque dolore erit satis.

12 *Sed si quæ pars ante morbum laborauerit, ibi morbi sedes.* 4. *aphor.* 33.

Positis abscessus signis verisimile est hûc fore parti iam debiliori.

13 *Abscessus ad articulos & maxillam potißimũ quibus per febres laßitudo est.* 4. *apho.* 31.

Facile est eius rei quæ iam accidit causan reddere (vt verbis Arist. vtar) difficile tamẽ posita causa affectũ præsagire, hoc mihi circa sententiã hanc cõtingit, qui Gal. interpretationem & causam libens recipio, sed capere non valeo (quia me fugit) reliquum, scilicet, quod posita hac causa necessario affectus sequatur: video namq; plures febrientes cũ lassitudinibus tũ spõtaneis tũ ex occasione quibus nullus abscessus in articulos decumbit, erit sententia firmior, si vt textus insinuat

insinuat teneamus potius in has quam in alias partes futuros abscessus, si sunt futuri.

Fiunt autem hi in partibus inferioribus quibus circa hypochondria phlegma est: illi vero in superioribus quibus hypochondrium flaccidum & sine dolore perseuerat. Si vero aliquando difficulter respirauerit sine alia manifesta occasione, cessauit. 2. prognostic. 66. 14

Præposito de pulmonis morbo Hippocratem agere, omnia plana sunt, nimirum quod in pulmonia si in hypochondrio sit ardor infra firmabitur abscessus, qui periculosus non est (autore Galeno. 6. Epid. parte. 2. text. 16. qui inquit paucos admodum mori partibus infra iecur inflammatis: contra si in partibus superioribus inflammatio hærebit) at illud de difficultate respirandi difficultatem habet, omnes enim taliter affecti difficulter respirant nisi vehementem intelligamus quam præcedere ante criticas excretiones experimur.

Quibus abscessus fiunt ex pulmonia circa aures & suppurãtur, aut ad inferas sedes & fistulantur, liberantur. 2. prog. sententia. 64. 15

Plura sunt loca in quæ pulmonis morbi abscedere possent, vt ex prog. cõstat, possũt namq; in hypochondria inaurium & inter fœminei partes: hic enim fistulis locus est

oppor-

opportunus. Solent etiam in teſticulos ſæpe reliquæ pectoris affectiones abſceſſum facere. Vt patet ex. 6. Epid. parte. 2. text. 16. vbi Galen. morbos pectoris in teſtes, & cerebri in varices abſcedere ait, confirmat parte. 3. text. 41. & parte. 4. text. 4. de pulmonis abſceſſu. Alia ſunt in Choac. à. 433. ad. 426. ſed quę nil habent effatu dignum aut nouum.

16 *In febribus abſceſſus qui primis indicationibus non ſoluunt longitudinem morbi ſignificant. 4. aphoriſmor. 51.*

Obſeruati à nobis ſunt abſceſſus aliquot in febribus prauis qui nec primis iudicationibus recurrere nec ſunt ſoluti nec longitudinem morbi reliquere, ſed breui ęgri periere, nec mirum videri debet ſi & parui & ſine tempore contingere & hoc documentum ſicut & reliqua de his eſt, quæ prope ſemper.

17 *Vbi ad articulos ſpectatur abſceſſus, liberat ab eo vrina multa craſſa & alba, qualis in febribus laborioſis quarto die quibuſdam exire incipit: quod ſi ex naribus etiam ſanguis fluxerit breui admodum ſolutio fit. 4. aphor. 74.*

Quemadmodum in apoſtematibus reſolutio melior quam ſuppuratio eſt, ſic quæ per excreſionem quam quę per abſceſſum humoris depulſio, ac ſicut abſceſſus à morbo

ita

ita excretio ab abſceſſu liberat vrinæ copia ſic,& ſanguinis fluxus liberant ab abſceſsibus.

Quibus febres longæ taberacula ad articulos, vel labores fiunt.7.Aphoriſ.63. 18

Dictum ante eſt humores coctu difficiles,quales ſunt qui longas producũt febres in abſceſſus terminari, num autem futuri ſint in articulos,aut alias partes ex alijs cognoſcere licet.

Abſceſſus ab oßis ſphaceliſmo.7.Apho.77. 19
Gal.conſule.

Abſceſſus non admodum quibus rigores fiunt. 6.Epid.part.1.tex.11. 20

Qui rigoribus occupantur materiam ab ſumunt morbi, tum per partes ſentientes lata,tum etiam per vomitus aut deiectiones aut ſudores,quibus acceſsiones incipere & finiri ſolent,merito ergo tales abſceſsibus non apprehenduntur.

Conſideratio quidem eſt nempe quibus facta hæc ſunt liberant,quibus ante facta prohibent. 6. Epid.par.3.tex.40. 21

De abſceſſu eſt ſermo hic qui quidem nõ ſolũ morbos factos & præſentes curat, ſed à futuris perſeuerat, quod ſi multa ac pulchra alia amas reſp.Galen. de in æquali intemperie cap.4.

Recidiua.

1 *SI quibus febris desinit non cum indicijs solutionis, nec diebus decretorijs recidiuam expectare.3. prognosticor.22.lib. iud. Choac.159.*

Difficultatem non paruam Galen.in huius commento nobis reliquit,qui dum sententiam declarare conatus est,obscuriorem fecit, nam etsi primo docet recidiuam expectãdã a quo & signa solutionis, & dies absit decretorius simul(non quando eorum alterũ deest)tamẽ postea annuit defectum alterius sufficere ad recidiuandum, his verbis,quæ non ex ratione leuant recidiuam facere consueuerunt, quãquam in diebus accidat decretorijs.Ecce vbi quodlibet illorũ si desit sufficit ad recidiuam,præsertim solutionis indicia,quę autẽ hęc signa sint specialiter capies à Galen.lib.de cris. & decret. dieb⁹:generaliter verò hęc eadẽ.1.pror.sect. 2.tex. 58.his verbis quæ sine artis aut naturæ auxilio cessãt suspecta hẽberi debẽt:hæc sunt quæ sine signis solutionis desinunt.

2 *Quæ à morbis post crisin relinquuntur recidiuas facere consueuerunt.2.Apho.12.& 6.Epi. par.2.text.23.*

6.Epid.

6.Epid.par.3.tex.35.exemplo vlcerum hoc idem Hipp. docet nimirum quia humores reliqui non vacuati qui non sufficerent naturam irritare prę paucitate, post crescunt tum additione cibi, tum contagione ad bonos dilata, non ago de his qui sine ratione leuarunt quos non declinatos sed sopitos dico, ideoque nec recidiuantes appello.

Si relinquitur sitis orisque siccitas & insuauitas atque ciborum fastidium recidiuæ fiunt. 6. Epid. par. 2.tex.20. 3

Non recidiuam sed abscessum fore Hippoc. docet, tamen quia his signis recidiuare ęgros vidimus sæpe, & nomen abscessus ad multa extenditur, visum nobis fuit eam in prognosticam huiusmodi erigere.

Recidiuam non admittit suppuratio: ipsa enim indicatio concoctio & abscessus est. 6. Epid. par. 3.text.11. 4

Verisimile est etiam si humorum copia post decretorium abscessum relicta in corpore sit, eam per eūdem suppuratā vacuandam. Ordo namq; naturæ est dum cępit bene perficere, & in partes debiles quales vlceratæ sunt se exonerare.

Si à morbo belle comedenti corpus non proficiat malum. 2. Aph.31. 5

Sæpe humores mali latent intra venas &

nec sitim nec amaritudinē ęgri sentiunt, huius latentiæ signum erit bene edere & male renutriri: humores enim salsi acuti & praui glutem alimenti corrumpunt.

6 *Si nec die decretorio deletur ruber nec tumore extra procedente nec pus facile excreet, ac videatur sine dolore agere, mortem indicat aut recidiuā ægrotationis. 3. prog. 19.*

Hæc sententia de particulari morbo angina est, ad eius verbum recurres.

7 *Si deficienti febre sudore accedente vrina fuerit fulua cum alua subsidentia, his recidiua eadem die, hæc verò recidiua. 5. indicātur secure, si iudicatione facta vrina sit rubicanda cum subsidentia rubro, recidiua eadem die & minime secura, iud. f. 3. à 6. & 11. cap.*

Absolutum iudicium non sine humorum coctione fieri reperies tum apud Galen. tum etiam Hippocr. cruda enim & in cocta iudicij difficultatem & recidiuas portendunt. Merito ergo cum vrina fuluorem habet quem à cruditatis soboles est morbi repetentiam metuere oportet, quando aut sudor iudicium fecit præsertim, sudor enim in breuissimo tempore suam exercet operationem, in quo non potest natura coctionem perficere: quemadmodum in criticis deiectionibus & abscessibus, alijsque euacuatio-

cuationibus contingit, in quibus natura ſępe incipit iudicium ante coctionem perfectam, eamque perficit antequam critica euacuatio finiatur, quod autem de recidiua eadem die ait audax nimium ſentẽtiæ autori videtur, tam in priore quam in poſteriore caſu.

Cùm recidit ardens plerumq́ exudat, etiam & ſi tot diebus detineat quot prius etiam.3. recidit ſi non impari dimiſerit reuerſa, iudicat. lib. 8

Nulli euacuationi critici ita propria recidiua eſt ſicut ei quæ ſudore celebratur, cuius forte ratio eſt quod ſudor bilioſis tenuibusque humoribus competat: qui quidem humores ſua acutie naturam ſtimulant ante coctionem perfectam, peculiaris ſudor eſt ardentibus febribus, & putridis ſynochis, qui ex ardentium ſpecie ſunt, peculiaris etiam recidiua in his reperitur, de quibus exiſtimo loquutum Hippocrat. primo Epid. parte. 2. text. 83. vbi poſtquam dixiſſet in illa conſtitutione: mortuos multos, ait, iudicationes verò euariabant plurimi quinto ab initio die iudicabatur morbus intermittebatque diebus quartum repetebat, quæ (hoc intellige die) & ab recidiua quinto die iudicabatur, eratque numerus totus dierum. 14. alijs iudicabatur. 11. repetebat. 14.

& perfecte iudicabatur. 20. hoc habeo quod super hanc sententiam dicam de cuius veritate sileo: scis namque ex præteritis quatenus illa vera sit, tum de ardentium recidiuis tum etiam de vi imparis diei.

9 *Plerumque si crudæ sint vrinæ & alia signa non secundum ratione eueniant, morbus in iudicatorio recidiuat, quandoque etiam in iudicatorio reuertitur his talibus relictis, libr. iudiciorum.*

Et hæc sententia & eius causa satis superque exarata iam est supra, quod autem ait quandoq; recidiuare his talibus relictis intellige signa cruditatis, aliquãdo enim licet raro sine eis sit recidiua.

10 *Febres ardentes recidiuare solent & vbi per dies. 4. significationem de se præbuerunt postea sudant, sin minus. 7. die. Choac. 145.*

Et huius causæ traditæ supra sunt. Quod autem ait de significationis exhibitione coctionis intelligito signa.

11 *Quibus sæpe recidiua contingit si semestre tempus transegerit tabes coxarum leniter accedit. 157. Choacarum.*

Syndromes hæc fuit rerum casu & non ratione contingentium.

12 *Cruda & incocta recidiuas aut mortem aut*

longi-

longitudinem signif.1. Epid.constitutione.2. ad finem.

Super hac consule Galen. loco proprio, si quæ dicta ab eo & Hippocr. supra tibi non sufficiunt.

Recidiuæ minus fiunt his qui ex capite grauedine laborarunt & raucitate cum febre correpti sunt. 6.Epid.parte.3.tex.10. 13

Idem fere est dicere grauedo ex capite ac vertebrę quę in spina sunt: vtrumq; enim necessitatē affert & ob hoc taceri potuisset verbum caput & spina: nec obstat Auicennę doctrina de destillatione ab hepate, nam hęc etiam priùs ad caput repit: quod autem ait sententia minus recidiuare & reliqua, rationi consentaneum, est per destillationes materia recidiuę consumendam fore.

Vlcus.

VLcus siue antea extitit siue in morbo fiat edíscere conuenit, si namque moriturus homo est ante mortem liuidum & siccũ aut pallidum & siccum erit.1.prog.18. 1

Quę recentes sunt carnis distractiones vulnera, quę vero nõ ita recẽtes vlcera appellare Medicis mos est. Verũ nõ ita ab antiquioribus obseruatum quin aliquando hoc pro illo

illo accipiatur, vt hic, vbi per vlcus vtrumque ſignificatur, vt Gale. 7. Aphoriſ. 2. liuor mortificationis ſignum eſt: moriuntur autem citius partes malæ affectæ vt quæ debiliorem habent natiuũ calorem. Siccũ autẽ
1 erit recurrentibus humoribus ad interiora.

2 *Si in magnis vulneribus & prauis tumor non appareat ingens malum.* 5. *Aph.* 66.

Vulneri ſuperpoſitæ partes (dum morboſam affectionem quam in eo ſentiunt expellere conantur) ſanguine ſpirituque quæ inſtrumenta naturæ ſunt eius labia replere ſolent, ad ea loca etiam humores noxij quibus raro caret corpus ſecedunt, cum ergo tumores non accedunt quemadmodum cum recedunt vitę imminet periculum in acutis, in longis autem longitudinis maioris, ſic in arteticis melius ęgrum habere, doloreſq; ſedari cum extra tumores apparẽt, diutiuſque torqueri experimur cum intus conſiſtunt.

3 *Vlcera circum glabra maligna.* 6. *Aph.* 4.

Benigni vlcerum humores ſolummodo cutem afficere ſolent, nec mala imbuunt qualitate vicinas partes: contra cum praui ſunt vel ſolo halitu radices pilorum corrũpunt? nam ſi praui humores in cutis profundo hæreant, vlcus etiã profundum efficiẽt.

Latæ pustulæ non admodum pruriginosæ eodē 6.aphor.9. 4

Latarum pustularum latę sunt vlcerationes, per quas late humores pruritum creantes diffluerę possunt, pruritus namque retē to acri humore in cute fit, qua vlceratæ partes carent, sed labia quæ cute obducta sunt non pruriunt valde, propter ea quæ dixi.

Pertusa vesica cerebro diaphragmate tenui in testino ventriculo iecore lethale.6.apho.18. 5

Galen. consule, cui in hac subscribere cō uenit.

Perfectum os, carthilago, neruus genæ particula tenuis, aut præputium, nec augetur, nec coalescit 6.apho.19. 6

Et huic quia partes sunt seminales & duriores.

Quibus occulti cancri non curare melius curati citius pereunt quam curati.6.apho.38. 7

Etiam multi manifesti cancri vt species dicta, noli me tangere, & alij non curare, est melius, præsertim topicis remedijs, nam curatio per legitimam dietam, & medicamenta purgantia, nunquam non necessaria est.

Si vlcera annua aut diuturniora necesse est os abscedere & cicatrices cauas fieri. 6. aphorismorum.45. 8

Fundamenta carnis ossa existunt, quę verisimile est læsa esse in longo vlcere, & rationabile hoc non curari donec os abscedat non enim poterit natura fabricam carnis eleuare super infirmum, intemperatumque fundamentum.

9 *Si omentum exiderit, necessario computrescet. 6.apho.58.*

In lib. de morbis inuenies apud Hippocratē, porro mala supra mala euenire necesse est vt febris rigore & putredo omēto excidenti, huius causa est, quam Galen. in commento tenella est substantia eius & tenello fruitur innato calido quodq; cuilibet alterationi succumbit.

10 *Propter os ægrotans caro liuida malum. 7. aphorismo. 2.*

Liuor quilibet in vulnere malus est, & forte qui ab osse minus malus, quia à causa procatartica, & facili negotio rasorio extirpari potest.

11 *Propter plagam in capite acceptam stupor aut desipientia malum 7. apho. 14.*

Duo hæc symptomata sunt quæ consequi solent (vt Hippocrates in lib. de vulneribus cap.) grauia & periculosa capitis vulnera, primum stupor scilicet statim vt vulnus impressum est, delirium vero post ali-

quot dies,& si aliquando initio etiam contingere solet, causæ patent, quod si non patent tibi, require ab explanatoribus Vido Vidio & alijs.

A forti vlcerum pulsu hemorrhagia malum. 7. aphorism. 21. 12

De hac dictum est verbo Pulsus.

Ab ossis nudatione erisipelas. 7. apho. 19. 13

Optime quidem vt Galen. malum aut prauum subaudiri conuenit, tum propter causam ab eo latam, tum etiam quoniam ossis nudatio non fit sine vlcere patulo, essatuque digno, à quo multum sani ei fluere est necesse: esse autem tanta cacochymia in corpore vt sanies non sufficiat ad eius expurgationẽ ac natura alia excretione suppleat malum est.

Ab erisipelate putredo aut suppuratio malum. 7. apho. 20. 14

Videor mihi postremum non adeò signum malum fore, possent enim in erisipelatis phlegmonodis ob sanguinis mixtionem suppurationes contingere absque absurdo nimio: at putredo prostrationem naturæ & actum contrarium coctionis termino significat.

Ab sphacelismo ossis abscessus. 7. apho. 77. 15

Ex Galen. doctrina in hoc cõmento eli-

cies ſphacellum nō ſolum oſsis corruptionē ſed carnis mortificationem ſignificare.

16 *Quibus in continuus puſtulæ per totum corpus erumpunt lethale ſi non abſceſſus fiat, fieri ſolet circa aures. Choac. 124.*

Abſque parotide & alio aliquo abſceſſu, per totum corpus puſtulę erumpere ſolent (Hiſpanè dictę, ſarampion, & aliæ dictæ ſarpollido) in febribus benignisſimis & ſecuriſſimis, nam vt Hippocrates lib. de alimento vlcus, cruſta, ſanguis, ſanies, pus, aliquando proſunt & reliqua.

17 *Qui thoracem vulnerati externa parte vulneris ſanati ſunt, interna nō periclitantur nec ſuppurati fiunt; quibus autem debilis inducta eſt cicatrix intus facile refringitur. 479. Choacarum.*

Idem eſt ſanati ſunt, ac ſi dicat, perfecta cicatrice inducti.

18 *Qui ex vulnere corpore impotentes fiunt febre accēdente citra rigorem ſanantur, non accendēte ex altera parte ſiderantur. 525. Choac.*

Verbum impotens vulneris magnitudinem importat in capite, ad quod rigorem conſequi malum eſt & cerebri offenſionem ſignificans, cætera difficilia.

19 *Quibus tempora ſecantur conuulſio ex altera parte ob oritur. 548. 549. Choac.*

Eis qui lethali vulnere in caput ſunt affecti

 altera

altera parte ſolent muſculi cadere,an vero caſus hic alterius partis conuulſio ſit an vero paralyſis(cuius inquam muſculi decideerunt) in dubio verti ſolet, mihi apparet ob affectionem partis dextrę(exẽpli cauſa) muſculos reſolui,cadereq́ue ſtatim in ſiniſtram.

Quibus cerebrum vulneratur febris plerunq; ac bilis vomitus accedit,& *corporis ſideratio* : *tales pernitioſæ habent*.550.&.551.*Choac.* 20

Melius forte ſic ſententia haberet, quibus cerebrum vulneratum eſt,ſi febris, bilis vomitus, & ſideratio accidit pernitioſe habent, quod ſi diſplicet accipe vt magis placet:vtrumq́ue enim verum eſt etſi & for ſe libri autor ſigna vulnerati cerebri potius voluit docere.

Ex vulnere conuulſio pernitioſa.5.*aphoriſmo*. 21
2.& *Choac*.556.

Sola per ſe conuulſio affectio eſt mala quia doloris plena,quod ſi à vulnere fiat peior multo erit, ſed de hac poſt agendum,in verbo conuulſio.

Vulnera ſanguinem fundentia inſuper rigentia maligna,ſic affecti latenter pereunt .360. 22
Choac.

Qui à ſanguine vlceribus manante rigent, à ſanguine bilioſo acri mordenteque rigent, quare aliquam malignitatem

præſeferunt, ſed non tantam vt deploratos moriturósque clam affirmes. Non enim eſt rigor adeò graue ſymptoma vt mortem eminetur ſine alijs ſignis ateſtantibus, nã ſanguis, cruſta, vt paulo ante dictum eſt aliquando bona.

23 *Ab oſsis vulnere deſipientia ſi in vacuum vſq; penetrarit. 7. aphor. 24.*

Non ſolũ in oſsiũ capitis vulnere ad vacuum cerebri, hoc eſt ad medullã vſq; penetrante (quod in apertis talparijs dictis aſpicitur) verum etiam vulneratos alios vidimus vſque ad vacua perforatos: nec tamen deſipuiſſe. Et non ſine ratione, cum hæc non admittatur niſi, (vt plurimũ) inflammatã cerebri medulla: aut meninge. Quid ergo, nũquid Hippocrates falſus eſt? minimè ſi Marini lectionem ſequamur quæ ſic habet. Ab oſſe præfracto mentis alienatio, intellige imminet, & aphoriſmi reliquum cum ſubſequenti copulemus: ita, ſi vacuum attigerit à medicamento poto conuulſio, ſed huius vltimi aphoriſmi interpretatio caret loco in præſenti.

24 *Vlcus, cruſta, ſanguis, pus, ſanies, aliquando prodeſt, aliquando nocet. lib. de alimento.*

Sicut & alia fere omnia ita hæc pathemata ſunt ad aliquid: itaque & mala eſſe

possunt & bona, primum nulli dubium est, cum præter naturam sit: secundum autem experimur quotidie. In vlcere quidem quoniam per id expurgantur sæpe superuacanea corporis totius. Crusta quia eà cohibetur sanguis infrenis. Sanguis quia multitudinem vacuat, pus quia confecto eo dolores & febres accidunt minus. De sanie possit aliquis dubitare cum sit materia à natura male elaborata: verum huic etiam accidit vt bona sit, cum scilicet est talis naturæ vt non valeat in pus conuerti: quo casu sanies extra depulsa inter bona annumerari debet tanquam boni causa.

Vlcera & phymata febres indicantia quibus non procedunt, acrisiæ, quibus aliquid relinquitur, his certissimæ & celeriter recidiuæ. 6. Epid. parte 25
3. *text.* 35.

Iudicant etiam vlcera morbos, sicut & tumores & reliquæ naturæ excretiones. Quare de eis tenere oportet quod de reliquis omnibus: quæ scilicet sine signis fiunt mala esse, & quæ cum signis bona, vtriusque memoriam fecit Aëtius Tetrabiblio secundo sermone. 1. cap. 129. dicens, in febribus assiduæ fiunt pustulæ circa labia & nasum, iuxta febrium solutionem, hoc fit pro bonis vlceribus & decretorijs.

Pro malis autem & acrisijs lege reliquum capitis in quo plura inuenies annotatione digna.

26 *Vlcera erumpent si impurgatus quis laborauerit. 6. Epid. parte. 5. text. 34.*

Non quomodolibet in purum hic subaudire oportet, nam qui parcè talis est labore exercitioque sanus fiet, & mundus omnino. Sed impurgatum valde, hic quidem motu feret ad cutem excrementa quę cum præ copia resolui nequeant, reliquum est vt si praua sunt illam excdant, vlceraque creent. Si vero nō maligna in phymata tumoresq; eleuentur.

27 *Soluet autem & vlcusculorum eruptio deorsum nisi rotunda & profunda fuerint, nam talia pernitiosa & maxime pueris. 6. Epid. parte. 1. text. 20.*

Qualiter prosint vlcera pueris innascentia inueniens apud Hippocratem lib. de morbo sacro, nec affectus ita manifesti causam reddere oportet, sicuti nec eius quod ait vlcera rotunda & profunda pernitiosa esse, quare autem hæc magis talia pueris sint cōsideratione dignum videtur, idque vt vno verbo dicam ideo esse existimo, quod pueri valentiores habent naturales facultates quibus eorum accretio celebratur maxime, reli

quum

quum ergo est vt cauitas & profunditas vl cerum cum nō sint proportionata pueris sit suspecta valde.

Quibus cerebrum concussum fuerit, & doluerit percussis, aut aliàs lapsis, hi statim voce priuantur, & nec vident, nec audiunt, & plerumque moriuntur. 549. *Choac.* 28

Non quamlibet cerebri concussionem hic audire oportet sed vehementissimam in qua veluti peruertitur cerebrum & suo loco mouetur, nec tamen ita vt sensum omnino demittant: hi namque dolore vacarēt omnino in libr. de vulneribus cap. Hipp. inuenies si magis desideras.

Vulnera magis lethalia sunt quæ in venas crassas, in collo ac inguinibus infliguntur, deinde quæ in cerebrū, & in hepar, postea quæ in intestinum & vesicam. 2. *prorh.* 29

Ne tempus teramus in his quæ nō sunt necessaria, ad Galē. te conuerte Epidemion. 6. ibi reperies, vtque hæc omnia pernitiosa sint valde non tamen deplorata, quod si desideras peculiariter scire quare venarum magnarum vulnera periculosiora, contemplare vulneratos in his, intra mediam horā & minus perire, quod non contingit vulneratis in alijs præcipuis mēbris: hæc loquor de iugularibus venis præsertim.

30 *Ex capitis vulneribus lethalißima sunt quæ ad cerebrum pertingunt. 2. prorh.*

Fieri nequit vt vulnus craneum frangat sine vehementi concusione, de qua dictum est paulo ante, at hæc sufficiant de vlceribus tum nouis tum antiquis, scio aliquot alias inueniri in libr. de vulneribus capitis qui proprius est Hippocratis, & in. 2. prorheticorum & in choacis (qui ascripti sunt) Eas consulto reliquimus quoniã fere coincidunt cum supradictis.

De decubitu.



1 *Vbantem oportet inuenire ægrum à Medico super latus dextrum aut sinistrum, manibus, ceruice, ac cruribus parum inflexis: & vniuersum corpus molliter iacens. Sic enim sanorum plurimi decumbunt: optimi vero sunt decubitus sanorum similes. 1. prognosticorum. 9.*

Et decubitus & alia omnia sanorum similia ægros retinere optimum est, tantum enim bene valebunt, & Medicis non egebunt, quantum sanis similes facti sunt, hæc ratio rei vniuersalis est, quod si specialiorem desideras Galenum cõsule qui & hoc prog. interpretatur & alterum. 2. prognost.

tex.

tex. 5. vbi Hipp. docet totum corpus molliter & æqualiter iacere oportere.

Supinum vero cubare manibus, ceruice ac cruribus extentis minus bonum est. 1. *prog.* 10. 2

Minus bonum ait, quia decubitus hic seruari poterit ab ęgro non adeo multum ægrotanti quam negligenti, quo casu nil mali significabit: potest etiam haberi ab ęgro grauissimo correpto morbo, Idque vel anxioso qui eum exoluat, vel etiam cõuulsorio qui eiusdem tendat crura ceruicem & manus, at dum hæc dilucidantur Medicum hęrere decet & nec bonum nec malum decubitũ iudicare sed minus bonũ.

Eum qui dolet vt facile conuertatur, sitq; in resurgendo leuis oportet. 2. *prog.* 6. 3

Documentum hoc est Hippoc. magno dignum & à quo solo fere rei futuræ veritatẽ indagauimus, prædiximusq; his qui leuiter mouerentur salutem, his verò qui lentè & grauiter aut periculum aut longitudinẽ. Circa hæc consideranda venit ægri natura, & mẽtis sanitas: nam qui natura tardi sunt vel in leuissimo morbo grauiter mouentur, & qui insani etiam morti proximi vehementissimos exercent motus. De reliquo Gal. respice, qui quidem semper bonus & in hac sententia optimus est.

4 *Super ventrem vero cubare eum qui non sic assueuit dormire dum sanus esset, delirium significat, vel dolorem partium quæ sunt circa ventrem.* 1.*prog.* 15.

Aut partium quæ sunt circa lumbos, sunt namque non pauci hominum quibus iacentibus renes calfiunt, vt nec ad latus decumbere posſint ſemper. Hos videmus ſæpe ſuper ventrem cubare abſque delirio & ventris dolore.

5 *Si ergo graue videatur reliquum corpus, & itē manus ac pedes periculosius est.* 2.*prog.*7.

Poſitiuæ legi oportet & non comparatiuæ verbum periculoſius. , nulla enim eſt cōparatio vbi nulla eſt ſimilitudo, & Aphoriſmus hic à præcedenti.6.eiuſdem.2.prog. disſimilis eſt omnino. De reliquo inquam quod ſi cauſas legiſti apud Galen.2. progn. 6. ob quas conuenit leuitas in reſurgendo, ſcies & cauſas propter quas grauitas mala ſit, contrariorum enim eadem eſt diſciplina. Huius confirmatio habetur Epidemion lib.3.par.3.tex.67. in quadam conſtitutione peſtilenti cum corporis grauitate.

6 *Si vero inueniatur nudos habēs pedes vbi nō sint admodum calidi, & manus ceruicem & crura inæqualiter disperſa ac nuda malum est, inquietationem enim significat.* 1.*prog.* 12.

Non

Non ſolum excipere debes eos qui calent à prognoſtici periculo,& eos qui moroſi ſunt,& quolibet puſillo morbo angũtur, ſed eos etiam quibus criſis futura eſt,aut ſi mauis quibus iam eſt.Criſis enim etiã tẽpus moleſtũ euacuationes antecedẽs ſignificat.

Pariter & crura ſupini cubantis vehementer reducta diſtractaque: 1.*prog*.14. 7

De ſupini decubitus ſignificatione actũ eſt num.2. de crurium diſperſione nu.6. de nimia reductione ac cõtractione licetquod Gal.inſinuat delirium arguere,& poſſemus ſuſpicari conuulſionem crurium.

Si verò procliuis ſit ac delabantur à lecto in pedes grauius eſt.1.*prog.tex*.11. 8

Prępoſuerat Hipp.huic ſententiã quę prępoſita eſt à nobis nu.2.& facta comparatione dicit labi in pedes grauius eſſe & merito quidem, quoniam non poſſe ſupinè iacentẽ cõtinere ſeſe ac baſi ampliore corpori fundamẽtũ præſtare,extremæ debilitatis argumentum eſt: fundamentum autem in lecto ampliſsimũ corpori exhibet decubitus ſupinus & quod ſufficeret hominẽ continere ſi vires vel puſillum valerent.

Velle reſidere ægrum vigente morbo,malum eſt in omni acuto morbo,peßimum verò in pulmonijs.1.*prog*.16. 9

De hac acturi sumus suo loco proprio, scilicet in verbo pulmonia, ibi interpretationem inuenies nouam, quod si non arriserit statim, iterum conspice forte quod tibi semel lectum displicuit lectum bis placebit.

10 *Motus, iactatio, somnus turbulentus in acutis conuulsionis signa. Choac. 87.*

Vel ipsa sententia significat nil significare, eamque vnam esse ex his quæ in parua tabella magni Hipocratis vel in magna par ui scriptæ sunt, hæc namque signa potius amentiam quam conuulsionem indicare nata sunt, quod si vis primo insaniam portendere, ab eaq; posse cõuulsionem subsequi, sit vt placet, tamen hæc nõ satis sunt ad sententiam constituendam. Non igitur motus & iactatio somnusq; turbulẽtus spasmi futuri signa sunt, & præsentis multo minus. Conuulsio enim cum affectio sit doloris plena tantum abest vt ægrum inordinate mouere suadeat vt eum veluti catenis insitu retineat quẽ ante habebat, omnia fere hæc iudicia quæ circa decubitũ lata sunt in prog. reperies in choacis prænotionibus ad verbum translata, à nu. 446 & inde. Hæc dicta sint de generalissimis & generalibus sententijs, nunc ad specialiores descendamus sumpto à faciei initio.

Progno-

Prognostica à facie.

Onsiderare cõuenit per morbos acutos, primum quidem faciem ægroti sit. ne similis sanorum potissimum sui ipsius. Ita enim optima erit, contraria vero pessima. 1 .*prog*.5. 1

Ex peculiaribus membris quę extrinsecus significationem præbent, non debilem facies exhibet, de qua initium specialium sumere operępretium est, primo enim sese aspectui offert, & magis ob venarum arteriarumque magnarum copiam natiuo floret colore: accedit & quod ad eam sanguis & spiritus sua leuitate surgunt, cum ergo facies similis est sanorum maximè vero sui ipsius, argumentum est salutis non paruum, (sed & reliqua inspicienda sunt signa ad certiorem pręsagitionem.) Quemadmodũ si contraria naturali sit maximè, pessima erit: in quo etiam reliqua consideranda sunt cum facies mala & valde extenuata etiam in leuibus morbis ratione alicuius symptomatis esse posit, adeo difficile est vno solo signo veritatem comprehendere. Hæc eadem sententia scripta est in libr. decretoriorum Hippocratis.

Color

2 *Color faciei viridis, aut niger deterrimus. 1. prognosticor. 7.*

Pessimi sunt colores hi omnes, causas quære à Galeno loco proprio.

3 *Si facies sana fuerit, & bene pulsarint & præcordia non mollia, sed in tumorem eleuata diuturnus est morbus, & absque conuulsione non soluitur, aut multa sanguinis è naribus fluxione, aut vehementi dolore. iud. lib.*

Corpus nil minui sed simile esse sanis aliàs Hippoc. dixit in Aphoris. longitudinẽ morbi significare, faciei eadem est ratio, quia in morbos ab humoribus crudis pendentes agens calor pręter naturam, non sic corporis substantiam absumit. Hi humores tempore in sanguinem vertuntur dum à natura coquuntur à quo sanguine pulsationes fieri solent, possit hæc ratio refutari & ideo nobis apparet alia melior, ideo scilicet signa supra dicta longitudinem significare quoniam omnia fere hypochondriacę affectionis sunt demõstratiua in qua ęgros videmus probe coloratos ob æstum in hypochondrijs & in his eleuationem propter obstructiones, nec nõ eos sanguine abũdare crasiore qui per hæmorrhagias vacuabitur & si melius per hęmorrhoidas: quod autem ait de conuulsione non capio.

Faciei

Faciei color bonus,& mœstitia multa malum. 4
*1.prorrh.sect.2.sententia.*14.

Inuenies ęgros satis à periculo securos qui tristes valde sunt ob peculiarem naturā suam melācholicam & mœstam, & hoc vel cum bona facie,in his mœror nil significat mali;quoniam procatharticus est. Sunt etiā alij, qui iam conualescentes à morbis ab adusto humore morosi & mœsti valde aliquot manent dies,in quibus etiam non mala bona est facies.Sunt autē alij qui in morbi grauis declinationibus particularibus cū bona facie & mœstitia multa existūt,ob hos forte sentētia facta est. Significat enim mœrór ille futuram accessionem & grauiorem quo mœstitia maior est. Per bonam faciem naturalem solitamque intelligo, quæ enim valde rubet vel parotidas,vel narium fluxus significat,vt Galen.in præsentiarum vel plethore signum est,vt.3.Epid.parte.3.text.83. aut pulmonis inflammationis vt.5. de locis affectis Galen.idem.

Facies flammans mala cum sudore;quibus æstuo 5
*si rigores posteriorumque refrigeratio,conuulsionē accersit.1.prorh.sectione.2.tex.*33.

Continuitatem significet sententia oportet,tum in faciei colore,tum in sudore,contingere in morbo acuto solent hæc aliquan

do tempore accessionem criticarum, & in statu etiam peculiarum absque absurdo aliquo, quod si permanens: cum sudore facies flammea sit, sudorem esse diaphoreticum & faciem taliter affici ob anxietudinem significat, quod reliquum est, nec facile interpretabor nec huius est loci interpretatio, rubebat dysodi facies. 1. prorrh. parte. 2. text. 40. qui & obijt repente pessimus color hic in facie est si perduans sit, præsertim qui ad liuorem aliquantum declinat, melancholici, taliter affecti esse solent qui (inquam) abundant melancholico multo sanguine.

6 *Dysodi Vrinæ fermentatæ, & faciei rubor fuerunt cum stomachi dolore hypochondri itentione &c. 1. prorh. sectione 2. text. 33.*

Obseruatio hæc vnica fuit, & quæ nil docet, de ea dictum est proxime.

7 *Faciei distorsiones si nulli alij corporis parti cõmunicent cito sedantur aut sua sponte aut ad necessitatem coactæ, reliqui vero siderati fiunt. 2. prorrh. 42.*

Qui conuulsione (quam caninam dicunt) afficiuntur si à cerebro vitiato non procedat, affici flatuosa par est, & quæ cito soluitur. Si vero ab ipso dimanet quod motus & sensus fons est, difficilis quidem erit non solum, sed & graue malum merito minabitur

nabitur: cùm enim affecto cerebro in principio hoc ineſt ſymptoma, aucto morbo apoplexiam aut epilepſiam ſuperuenire veri ſimile eſt.

Faciei flammeus color cum ſudore malignus Choac. 8. 8

Supra text. 6. ſcripta ſententia hæc eſt ex prorrheti. & ſic habet proculdubio, quod in plurimis morbis acutis & periculoſis (pręſertim qui cum loci paſsione tales ſunt) ſplendeſcens facies praua eſt, idque magis ſi ſplendorem humiditas comitetur, hoc ita certum eſt, vt mihi ſemper admirationi quidem fuerit, non quod qui tali acuto morbo vexantur periclitentur, ſed quod hi præſertim quibus facies ſplendens humidiorque eſt.

Quibus inediæ conſequenter accedunt ac ſudore cum bono faciei colore, & aluo liquida ita vt adſit etiam aliquis cordis morſus ſeu potius oris ventris dolor vbi longius ægrotarunt peripneumonicorum more moriuntur. Choac. 74. 9

Syndromes hæc diuerſi generis ſignorũ eſt ne quicquam boni aut certi afferens.

Quibus in febribus facies eſt ſana uene in temporibus pulſant & præcordium molle diuturnum morbum ſignificat, & non deſinentem citra multi ſanguinis ex naribus fluxum aut ſingultum aut 10

 ſpaſmum

ſpaſmum aut coxæ dolorem. Choacarum. 137.

Eadem hæc ſententia eſt cum ea quæ ex lib.iud.numero.3.ſcripta fuit paucis mutatis & vno contradicto de hypoc. mollitie ac duritie.

11 *Quibus febrientibus rubores ſunt in facie dolor capitis venarum pulſus, his ſanguinis fluxus cō tingit plerumque.* 151. *Choac.*

Sanguinis redundantiam omnia hæc ſignificant, faciei namque rubor talis plethoram, venarum pulſatio, & dolor cum pulſatione idem, quod ſi hæc ſic habent veriſimile eſt excernere debere naturam loco conuenientiore & viciniore. Nam virtutis defectus cum redundantia ſimili inueniri nequit. Copia igitur grauata natura (non exiſtente virtute debili) ſuo munere fungi expellereque ratio poſtulat.

12 *Facies quæ extumida humiliatur, & vox lenior, ſpiritusque remiſsionem in ſequentem diem ſignifi.* 230. *Choac.*

Duo ſunt ex reſpirationis cauſis, vſus, & facultas, ſi ergo facies humilietur nimis, ſi videlicet conſumatur quod in magnis reſolutionibus, & euacuationibus fieri ſolet, & vox lenior, quod in animalis facultatis debilitate contingit, vſu diminuto in euacuationibus, debilioríque exiſtente virtute, reſpirationē

prome-

promere magnam est impossibile.

Faciei corruptio lethalis, &c. Vt facies Hippocratica. Choac. 231. 13

Sicut in corruptionibus naturalium rerũ acquisita diuersa forma nullum sensibile manet idem, sic quodammodo in facie cõtingere solet, nam & facies in morbo prauo diuersa multum apparet & reliqua sensibilia adeò mutata vt sibi ipsi homo dissimilis sit, pessimum autem hoc est.

Faciei bonus color & toruitas in morbo acuto malum. 233. *Choac.* 14

Faciem bene coloratam efficere melancholiam (adustam præsertim) alias dictũ est, toruitas autem delirium minatur, quare ambo deliriũ studio adhibito portendent: quod peius multo est quam illud, quod cum risu fit, quia fit à maligno humore magis.

Circa faciem color bonus, & sudores non febrientibus stercora vetusta subesse significat, aut errorem victus. 235. *Choac.* 15

Non febricitanti sudores sine causa manifesta humorum copiam significant, eamque vel aut à victus errore scilicet nimia quantitate vel ab eo quod venter strictus sit nimis à quo feces vetustiores fiunt, quod vero de faciei colore bono ait, insinuat necdũ hominem in statu esse morboso, verum vt

verum fatear, paruũ habet conſtantiæ ſentẽtia & quam me tetigiſſe tędet.

16 *Facie flores habente & aluo liquidiore ſuppurationes circa pulmonem habent.*472.*Choac.*

Rubere aut florere ſolet facies in perineupmonicis ſic, imo vero proprium eſt ſignum genarum rubor inflamati pulmonis, quod de aluo liquidiore ait diuerſi generis ſignum eſt & quod de ſicciore.

17 *Facies optima in ingentibus malis ſignum optimum, in paruis non bona malum.*6.*Epid. parte.* 2.*text.*34.

In morbis ait Hippocrates in aphoriſm. plus minui aut nihil malum, illud enim morbi magnitudinem, hoc longitudinem oſtendit. Quare videtur (ſiquidem vniuerſalis eſt ſententia hæc) ad faciem extendatur, ita vt ſignificet faciem nil minui morbi longitudinem (quæ enim optima eſt minuta & liquefacta non eſt) at quod ego ſententiam in re hac dicam. Malum ingens eſt, aut re vera aut apparenter, apparent mala ingentia, quæ acutiſsima, ſed non ſunt quia ſimpliciſsima eſſe ſolent ſæpe, & vt inquit prognoſticum firmata ſecuriſsimis ſignis, in his igitur apparere faciẽ optimam bonum, cõfirmat enim facies bonitatem reliquorum ſignorum: at etiam ſunt morbi parui in ap-

parentia

parentia(re vera magni)in quibus ſi cum cæteris malignitatis ſignis facies ſit non bona malitiam confirmat & probat.

Prog.ab oculis.

O*Culi caui mali.* 1.*prog.*7. 1

Mirum eſt quantum prognoſtica ars ac diagnoſtica(vt Galenus.6.Epid. parte 4.27.refert)commodi ab oculorum contẽplatione capiat, ex tumore, colore, officio, motu & reliquis, in his qui nimium vacuati aliqua ratione ſunt, aut ſanguinis fluxu aut ventris deiectione, aut vigilia nimia reſoluti, cauitas quidem oculorum apparere ſolet, nimirum abſumptis ſpiritibus qui intra diem & noctem reparari ſolent. Sed quã do citra manifeſtam cauſam hoc contingit, argumentum euidens eſt, talem ſpirituum abſumptionem à cauſa fieri maligniore, videlicet de vrente nimis: aut à debilitate virtutis ſpiritus iam non gignenti. Vtcumq́ue illud ſit in acutis malum ſemper eſſe ſolet. Sed cætera etiam conſideranda.

Si lucem effugiant, nolentes lacryment, peruertãtur, aut alter altero minor, aut candidum, rubeũ ſit, aut liuidas, aut nigras venulas aut pituita circa obtutum, aut ſublimes tumidæue vel caui nimis, 2

exitioſa.

exitioſa. 1 *.prognoſticorum.6.*

Habes Galeni com. ſatis longum ſimul & pulchrum.

3 *Oculorum ſuſpectiones per ſomnum conſiderandæ, ſi namque aliquod ex aluo ſubapparuerit non commiſsis palpebris, ſine ventris fluxu, medicamento aut conſuetudine lethale.* 1 *.prog.7.*

Aut virtutis aut inſtrumenti hoc vitium eſt, virtutis quidem exolutæ non valentis prę debilitate oculum claudere, inſtrumenti autem quod adeò ſiccæ palpebræ ſint vt non valeant conniuere, vtrumque eſt in acutis prauum & lethale.

4 *In febre non intermittente ſi labrum, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus peruertitur, ſi non videt, ſi non audit imbecillo iam corpore, quidquid horum acciderit in propinquo mors eſt.* 4 *.aphoriſmor.* 49 *.&.Choa.*79.

Duo ſunt quæ mortem ferunt magnitudo morbi, & virium debilitas, in hac ſententia de alterutris eſt ſermo, priora ſigna magnitudinem morbi, poſteriora virtutis imbecillitatem oſtendunt. Oculi peruerſio planum ſignum muſculorum oculos mouentium à ſiccitate conuulſorum pernitioſum quidem. Non videre autem proſtrationem ſignificat naturæ quod pernitioſius eſt.

5 *Quibus in febribus, aut alijs morbis voluntarie*

luntariè lacrymant absurdum non est: quibus absque voluntate absurdius.4. Apho.52.

Solent inuoluntariè lacrymare, quibus futura crisis est per narium fluxus, quo casu nec admodum absurdum erit. Cùm tament æger sic est imbecillis vt crisis non expectetur, in acutis periculosum est, debilitatem virtutis significans, tum coctricis, tum retentricis facultatis.

Ophthalmia laborante alui profluuio corripi bonum.6. Apho.17. 6

Reliquis omnibus affectibus qui cum fluxu molestant alui profluuium prodesse reuellendo, vacuandòque solet, quare, & tanquam signum, & causa bonum est. In acutis verò in quibus morbus ex defluxu non pendet, tanquam signum malum est, irritationem naturæ demonstrans semper si in principio sit, tamen tanquam causa bonum erit, minoratur enim per ventrem morbifica materia.

Oculo inarescens pituita malum.6. Epid. par. 1. tex.23. 7

Hoc idem est cum illo quod dictum est sententia secunda, de pituita circa obtutum

Albas oculorum partes denigrari necesse est, si morbus inualuerit, si puræ sint perfectam sanita 8

tem ostendunt, leniter quidem tardius vehementer autem citius. Decretoriorum lib.

Hanc sententiam Hippocratis accipe tanquam ex libro certo, non inquam præsagiũ certum: hoc namque cum cæteris signis cõponendum est, contigit enim & denigrari, & albescere ad natã absq; absurdo aliquo.

9 *Hebetatus oculus malum, & concretus immobilisque, & tenebrosus malum. 1. prorheticor. sectione. 2. tex. 11.*

Si non videant inquit Aphorismus (vt supra) malum, & debilitatis insignis nuncium: quod de oculo ait concreto manifestę conuulsionis recti musculi signum est, hoc alias dicitur rectè intueri, periculosum quidem præsertim si à siccitate ortum habeat, causam aut scis aut post scies. Quod de tenebrositate ait minus absurdum est, cum vel ab humoribus in ventriculo prouenire possit vt in scotomijs; præterquam quod criticum esse signum solet & vomitus imminentis significatiuum.

10 *Oculi peruersio ex lumborum recursione mala. 1. prorh. sectione. 2. 35.*

Quod de lumborum recursione ait, nec teneo, nec existimo quid hoc habeat cum oculi peruersione, syndromes fuit, vt existimo. Sed oculi peruersio mala quidem est, &

vicinę mortis signum in acutis, vt pote à cōuulsione, quæ periculosa est in dictis morbis, sed nec hoc sic perpetuum est quin aliquādo salutaris fiat vt contigit.3.epi.in hist. eius qui in dealcis horto. Sed hæc aut ex repletione facta est aut non proportionata ex mordicatione: prope semper tamē affectio est praua, & mortalis vt contigit Oecetę vxori.3.Epid.part.2.text.8.

Quibus oculus ferox claususque.1.pror.sectione. 11
2.tex.37.

In sequenti textu.39.perniciose eos habere, ait, & merito, idque aut disiunctione, aut copulatione vt sententia sit hæc. Quibus oculus est ferox, perniciose habēt, aut quibus oculus clausus, hoc dico disiunctim: prima namq; affectio phrænitica est semper, modo ea sit conuulsio vt Galē.vult loco citato modo sit alienatio à vehementibus imaginationibus, quæ deliraturos antecedere solet. Altera vero affectio debilitatem musculorum palpebras cooperiētium significat: nisi etiam à prædicta alienatione ęgri correpti sint, copulatiuè verò si legatur non eodē tempore sed diuerso sentiēdū est, quod videmus in delirijs, delirantesq; modo claudentes, modo aperientes oculos, modo habentes per aliquod tēpus eos intentos

nec conniuentes, modo etiam clauſos omnino.

12 *Oculi clauſio in acutis mala.* 1.*pror.ſect.*2.52.

Malum hoc eſt vt ſupra proximè, conuulſionem claudentium, aut debilitatẽ aperientium muſculorum denũtians, aut quod diximus de alienationibus quibus phręnitici ſæpe ſunt detenti.

13 *Oculi feroci, & floreſcentes in ſcapulas rigẽt. &c.* 1.*pror.ſectione.*2.56.

Verbo.caput.numer.9. ſcripta ſententia hæc eſt.

14 *In oculorum peruerſione cum febre & laſsitudine rigor pernitioſus, comatoſiq; in his male habent.* 1.*pror.ſect.*2.57.

Oculorum auerſiones abſque febri fieri videmus ſæpe ſine vllo abſurdo, nimirũ aut relaxato aut conuulſo eorum muſculo aliquo: ſed in acutis fieri vt iam dictum eſt peſsimum, quod de laſsitudine, & rigore ait ſymptomatum aceruatio eſt, quæ (etſi diuerſi ſunt generis inter ſe) in vnum ad prædicendum periculum conſpirant.

15 *Pupillæ flaueſcentes aut argenti ſpeciem referentes, aut cæruleæ non bonæ ſunt, his autem paulo meliores ſunt quæ aut minores apparent, aut ampliores, aut angulos habentes ſiue ſua ſponte facti ſiue non, & reliqua.* 20.*proph.*22.

Flauus color bilis est nuntius argenteus pituitæ frigidissimæ aut vitreę: cęruleus, adustionis nimię, quare boni esse nequeunt, reliqua habent difficultatem.

Oculi rubicundi capitis successiones mentem manifeste emouentes pernitiosæ. Choacar. 177. 16

Non oculi rubicundi mentem mouent, sed vnum est ex signis futurę motionis, si vero per successiones capitis pulsãtes dolores intelligamus, id forte verius erit: capitis enim vehementes dolores mentem mouere nati sunt, conuocatis in cerebrũ humoribus, quã hi mali sint ex dicendis patebit.

Caligo oculorum aut si alba eorum pars rubescat, aut liuescat, aut venulis nigris impleatur, bonum non est. Choac. 239. 17

Quid veritatis habet sententia hæc supra scriptũ reperies. 2. & 8. prog. quod de oculorum caligine ait, nec ex sese absurdi quicquam habet, cum decretorium signum esse possit, & vomitus futuri nuntium.

Oculorum puritas & albas ipsorum partes ex nigris aut liuidis puras fieri indicatorium est, si cito, cito, si tarde, tarde. Choac. 238. 18

Qualiter etiam hæc sententia vera supra est scriptum.

Malum est etiam lucis splendorem fugere aut 19

lacrymari, aut diſtorqueri. 240. *Choacarum.*

Ante etiam in prognoſtico hanc inuenies vnde colliges quod aliàs à nobis dictũ eſt, pręnotiones choacas quę verę ſunt à prog. & aph. mutuatas fuiſſe, & ne tempus perderemus duplicatas ſæpe reliquimus.

20 *Et alterum minorem fieri, & agitare, ac iactare, aut paruas lemas, aut ſordes, circa ipſos, aut concretionem tenuem albicantem habere, aut albam partem maiorem fieri nigram minorem, aut hanc ſub palpebram ſupernam occultari. Choacarum.* 241.

21 *Mala etiam eſt oculorum cauitas & expreſſio valde foras & ſplendens ſtrictio vt pupilla extendi nequeat. eodem.* 242.

22 *Extremitatum palpebrarum curuitas, oculi fixi, aſsidue nictare, & colores permutare, & palpebras in ſomno non committere pernitioſum, eodem* 243.

23 *Oculus peruerſus malus, eodem.* 244.

Sententię hæ quatuor ſupraſcriptæ non egent annotatione aliqua, omnes enim inter Hippocraticas legitimas ſuperiores inuenies, in quibus & annotatiúculas noſtras. Quod ſi commentaria amas quære à Gal. & ſi ampliora ab alijs autoribus qui Hippocratem interpretati ſunt lõgius. Nec ſolum enarratores inuenies qui Hippocratis ſen-

tentias explanent verum aliquem qui Galenum explanatorem explanet.

Oculi obscuratio malum. 6. Epid. part. 1. tex. 24. 24

Oculi squalor malus. 6. Epid. part. 1. tex. 25. 25

Oculus intra corrugatus malus, eodem tex. 26. 26

Visum fuit tria hęc documenta in vnum cōgregare vt citius nos expediremus: quod autem de oculi obscuratione inquit quantum in se est in acutis extinctionem significare videtur, sed vt certior fias reliqua considera. Quod autē sententia altera de squalore inquit, ideo malum iudicarem quam adurentem calorem significat, & forte maiorem quam circa obtutum pituita quę etiā soboles comburentis morbi esse apparet. Corrugari etiam oculum (membranas inquam) prauum est proculdubio, sed num affectio à nimio frigore vt sentit Gal. an verò à siccitate nimia vt ego, tu videris, facilius enim oculorum humores ab adurenti febri consumuntur & euaporantur quam tunica, vnde necesse est tunicis corrugationē contingere, & facilius est accipere in acutis consumptionem à calore quam concretionem à frigore.

Mali quoque & concreti oculi & qui ægre vertuntur atque intro obtorquentur. 6. Epid. part. 1. tex. 27. 27

De

De oculi concretione actum eſt in ſentētia. 9. & dictum fieri ab ſpaſmo recti muſculi, at de torſione dicere poſſum eādē eſſe affectionem conuulſoriam, ſed nō in recto verum in muſculo obliquo, quod de motus difficultate ait, modo à debilitate nimia, modo à ſiccitate malum eſt; quod quidem nequaquam erit ſi ab humoris pōdere muſculos grauante fiat.

28 *Oculi ferocitas delirium portendit atq; eiuſdem inordinatus proiectus peruerſioneſque malum. 6. Epid. par. 1. tex. vltimo.*

Quod oculi audacia nimia, impudenſque intuitus præſertim in homine modeſto & compoſito delirium imminens nunciet, vel apud vulgus eſt patens. At quo ſic fiat non vulgi capitibus eſt notū: ignorāt enim ꝙ humores calidi acreſq; rapti ad cerebrū hoc ferant ſymptoma: mala ergo ferocitas erit & læſionē mēbri præcipui demōſtrans, malus etiā oculi proiectus, at non adeo, quoniam etſi ab eadem fit cauſa, non tamen æquè; minus enim emotionis mentis motus hic (etſi inordinatus) quam intentio oculi ferocis docet, quanto magis naturale eſt oculos mouere, quam fixos & impudentes retinere. Ferocitas namque non fit abſque viſus fixione circa obiectum.

Quod

Quod autem de peruerſione habetur, cōuulſionem muſculorum oculos mouentium ſignifi. etſi Galenus hanc affectionem ad palpebras referat, vtcunque ſit vtriuſq́ erit conuulſio & vtriuſque ſignum fere ęqualiter prauum.

Oculi vt valent ita & corpus & color in deterius aut melius labitur. 6. Epidemiorum. parte. 4. text. 27. 29

Sicut lingua rariſsimus eſt oculus in ſua contextura ob idque aptus ad ſuſcipiendos colores humorum in corpore redundãtium, qui quidem magis eluceſcunt in oculo propter iuxta poſitionem contrariam, albedinis inquam adnatæ tunicæ, hoc experitur in ictero, nullum etenim membrum eum citius manifeſtat quam oculus. Nec ſolum hic affectiones corporis declarat, ſed & animi manifeſtat palam. Ex eo namque amorem, odium, inuidiam, fiduciam, timorem, commiſerationem & reliqua animi pathemata capi poſſunt: quorum conſideratio ad medicum pertinent & præſertim ad præſentiẽtem.

Lacrymæ ex acutis male habentium ſpōtanee optimæ, inuoluntariè autem defluentes malæ. 6. Epide. parte. 1. text. 21. 30

Spontaneas dicit lacrymas quæ ex cau-

sa exteriore aut manifesta fiunt, quæ sane bonę sunt. Accidit enim in corporis morbis quod in morbis animi qui aliâs affectus & pasiones dicuntur : & sicut in ęrumnis grauissimis, & tristitijs vehementibus, lachrymare homines præ ęrumna tristitiaq; nequeunt. Sic in morbis grauissimis grauata natura nimis, non valet lachrymas funde re voluntarias, hæc de spontaneis, de inuoluntarijs non habeo quid doceam præter quam quod semper prauæ sunt si cum extenuatione debilitateque patientis defluant, nam quę antecedunt criticas hemorrhagias non possunt virtutis debilitati coniungi.

31 *Oculorum rubor in febri alui diuturnam malignam affectionem significat. Choa.245.*

Si (vt Galen. ait in progn.) oculorum rubor aut albarum oculi partium (idem enim est) inflammationem partium cerebri est indicium, non teneo quare alui affectionem aut futuram aut præsentem significet, sed hæc sententia ex parua tabella est, proijce, & cape eam quæ est ex magna quam inuenies alijs commistam. 1. prog. text. 6. vt ante dictum est. num. 2.

32 *Circa oculos pustularum eruptiones in virium refectionibus. Choa.244.*

Eiusdem generis cum superiore hęc est,

&

& quæ ad historiã peculiarem non ad sententiam vniuersalem respicere debet.

Viro lippienti febre superueniente solutio. Choa.248. 33

Non modo lippitudo sed & omnes fere à capite destillationes febris calore iuuãtur, ab eo namque humiditates resoluuntur, sicut natiuæ, etiam superflue excrementitiæque.

Quibus lippientibus capitis dolor longus periculum ne cæci fiant. Choa.249. 34

Longus capitis dolor causæ magnitudinem & fixionem significat, quod si in oculos defluxio fiat merito timeri debet à gutta continua oculi officium fore offendendum.

Oculorum obscuratio cum animi deliquio breui significat conuulsionem. Choa.252. 35

Hæc duo accidentia sæpe solent coniungi (obscuritas scilicet visus & deliquium animi) his quibus stomachi morsus est, ab humoribus acribus, & his quibus futura crisis est aliquando, at nec hoc nec illo casu periculosa sunt, eo quod conuulsionem minetur morbus, est tertius horum symptomatum locus in extremè debilibus, vbi oculi videre nequeunt, & vires cordis animo linquunt. Nõ (inquã) spasmus ab illis signifi-

catur ſed aut vomitum futurum aut aliam criticam excretionem, aut mortem etiam.

36 *In oculorum diſtorſione febrienti laſſato rigor pernitioſus, & ſoporoſi in his male habent. Choacarum. 247.*

Etiam hæc critica experimur ſed difficilis iudicij ſignificatiua, quare mala ſunt & peiora ſoporoſis quibus criſes non ita contingere ſolent, quia à cauſis tenacioribus ac coctu difficilibus.

37 *Caligines menſibus multis apparentibus ſoluũtur. Choa. 604.*

Cum menſtruus ſanguis inculpabilis eſſe nequeat, ſed ater melancholicus prauuſq́; eo retento multa variaque oriuntur ſymptomata, inter quæ & caligines quas menſium fluxus ſanare eſt rationi conſentaneum. Sic Hippocrates docet in lib. de Virginum morbis, vnde forte hæc ſententia lata eſt.

Palpebræ & ſuper-cilia.

1 *SI peruertitur, aut liuida palpebra eſt aut pallida in limine mors. 1. prognoſticorum. 8.*

Cum aliquo ex alijs ſignis ait Hippocra-

tes modo id sit quod Galen.4.aphor.49. virium scilicet defectus, modo aliquod aliud ex pernitiosis, verum simpliciter & per se in acutis retorsio pernitiosa est conuulsionem significans ex siccitate, quam obseruaui in plurimis morti proximis, liuor autem aliàs demonstratus est pernitiosus, quod autem de pallore ait dubium creare posset, cum pallidus color non sit adeò prauus, sed hoc intelligendum cum aliquo pernitioso signo, vt tenet sententia ipsa & vt iam est dictum.

Liuescens palpebra præsertim in facie Hippocratica in limine mors. Choa.232. 2

Prauum hoc est, vt dixi, sed etiam reliqua consideranda sunt ad certiorem explorationem.

Palpebrarum in extremis curuitas, oculi fixi, & assiduè nictare palpebras, in somno non comittere pernitiosum.243. Choa. 3

Palpebrarum curuitas à conuulsione, aut siccitate, nictatio assidua etiam à conuulsione non proportionata fiunt: ex causis argue rei difficultatem, de oculi fixione ante dictum est.

Quibus supercillium circum tenditur malum. 6. Epid. parte. 1. text. 22. 4

Tensum etiam supercillium reperitur in

acutis à ſiccitate ardentium febrium, hoc ſignificat id quod cutis circumtenta, nimirũ ſi muſculoſum eſſet ſupercilium pateretur conuulſionem, ſed quia muſculis caret tenſionem patitur à ſiccitate, quæ ęque pernitioſa eſt ac conuulſio.

Narium affectiones.

1 *NAſus acutus exitioſus.* 1. *prognoſticor.* 2.
Exitioſum quidẽ hoc eſt, quod exolutionem fortem ſignificet. Niſi aut à natura aut à cauſa procathartica fiat.

2 *Naſi peruerſio lethalis.* 1. *prog.* 8. *&* 4. *apho.* 49
A conuulſione aut conuulſioni ſimile retorſio hæc ſit, quare periculoſa nimis quẽ admodum & reliquæ (in acutis) conuulſiones.

3 *Quibus nares humidiores natura, & genitura humidior valetudinarij, quibus contra ſalubriores* 6. *apho.* 2.
Nares humidiores ſæpe, & vt ſignum & vt cauſa ſalutis fuere expurgato nimirũ per eas cerebro: ſi tamen natura tota humidior ſit, virtutis naturalis debilitatem ſignificat, ob quam homines valetudinarij fiunt. Cum enim elementorum vires ęque temperatę

peratę non reperiantur in humidioribus necesse est, & virtutes etiam distemperari: virtus enim actio partis in temperamento sita est.

Nares quoque inspiciendæ, nam si per vtramque æqualiter spiritus trahatur & multus, conuulsio sequi solet hanc mors statim.4.acut.58. 4

Si spiritus sensibiliter per nares trahitur, narium mouentur pinnę, quod quidem nõ conuulsionis signum necessario existimo, quamuis possit adesse, fit tamen spiritus hic aut ob adauctum vsum aut ob facultatis minutionem quæ non valens reliquis musculis rectè inspirare abutitur narium pinnis.

Nasus acutus Choa.231. ibi reliqua faciei Hippocraticæ signa. 5

Eadem hæc sententia repetita ex prog.

Circa nasum rubores alui humescentis signum. 6

Vidimus aliquando hæc sed forse contigisse existimauimus, cum rationabilius sit narium rubores ab aluo humidiore tolli quam futuros significari, reuulso enim ad ventrem humore deberent nares meliorem accipere statum.

Sicui fauces implentur sanguine singulis diebus ac noctibus & neque caput antea doluit, nec sitiuit, nec vomuit, nec febre correptus est, nec pectoris 7

aut

aut dorsi dolorē habuit huius cōsiderādæ nares aut fauces an sit ꝟlcus an hirūdo.2.prorrh.text.28.

Sententia hæc minimè apparet ad prognosticam pertinere sed potius ad diagnosticam, at si vis & prognosticam & curatiuam facies, si ex vlcere aut hirundine securitatē polliceris, & legitimam curationem quæ à causæ notione proculdubio pendet.

Quæ ad caput exterius.

1 C*Alui non fiunt* Eunuchi.6.*aphorismo*.28.

Hùc vsque quæ ad faciem pertinent scriptæ sunt sententiæ, nunc ordine accedunt quæ ad caput &.1.quæ de pilis habentur, quæ omnes ad chronicos morbos aspiciunt. Earum. 1 . supra scripta est, & prior annotanda. Sex in locis pili hominibus nascuntur in capite scilicet cilijs & supercillijs ante natale, post vero adolescūt in pube assellis & mento. Sed nec omnibus in mento adolescunt: fœminæ enim & eunuchi eis carent, quod calido innato frustrentur ad fulligines eo loco conuertendas in pilos, ob eiusdem caloris defectum & humoris immoderatam copiam, nec calui fiunt, nam

nam nec cute humida nimis, nec nimis ſi capilli naſcuntur. Vt Galenus.6.Epid.parte. 3.text.1. & lib. de temperamentis : omitto aliam cauſam inſtrumentalem caluitiei de qua Hippocrates,& Galen.3.Epid. parte. 3. text.1.ad rem redeo.Cutes Eunuchorum & mulierum, ſi ſemel à temperato calore pilos genuerunt nunquam eos amittunt,nunquam enim veniunt in eam ſiccitatem quæ pilos deſtruat,tum quod humidiores natura ſunt,tum quod non adeò calent, vt humorem abſumant.Prognoſticon hoc non ad acutos morbos & forte nec ad morbos pertinet,ſed ad comaſticam.

Qui calui ſunt his varices magni non fiunt,qui 2
bus vero caluis exiſtentibus varices ſuperue- 1
niunt, ij rurſus capillati fiunt. 6. aphoriſmorum.34.

Merito Galen.hæret dubius in doctrina hac,ſi nomen caluus ſuam retinet ſignificationem, caluities enim in ætate declinante prope ſemper contingunt in qua & varices, illæ ob ſicciorem temperaturam hi propter melancholici humoris aggregationem.Experimur inquam ad caluities ſequi varices at non ad hos capillorum in capite regenerationem, quemadmodum nec à priuatione ad habitum regreſsionem.

3 *Cirauni glabra vlcera maligna.6.aphor.4.*

Non de solius cap. pilis sed vniuscuiusque partis corporis sententia hæc agit, nec de pilis absentibus secundum naturam aut ętatem sed de perditis in parte ob affectiones morbosas & ab humoribus malignis pẽdẽtes, sane decidunt pili ob succorũ malitiã quæ radices eorum putrefacit, quamuis & in capite post bonas crises contingere soleat in acutis, & aliàs vt.3.Epid.parte.3.text.25.licet videre, apud Hippo.& apud Galen.1.de comp.pharm.secund.locos.

Cerebrum.



1 *Erebrum vehementer concußum mutos reddit.7.aphor.58.*

Non solũ vocales nerui suã actionẽ nõ exercent in vehementibus capitis cõcussionib⁹, sed & reliquæ animales actiones tam sensitiuę quã rectrices, ob eandẽ causam quã Gal.in cõmento præbet. Calui his accidentibus obnoxij magis; cõcussiões enim patientur vehementiores multo, vtpote quorũ cerebrum caluariam minime attingat, ita Hippo.ipse & in eius commento tenet Gal. 6.Epid.parte.3.text.1.

Cerebri pertusio vel sectio lethalis.6.aph.18.

Lethale

Lethale quidem non quod necessitatem inferat sed quod maiore ex parte, vt Hippocrates insinuat. 1. Epid. parte. 3. nam vulnera tum cerebrum sanari vidit Galen. in huius commento. Quin etiam cerebri ventriculos anteriores deperditos in puero, vt. 8. de vsu partium. cap. 10. medium vero minime, sed nec postremũ, nobilissimus enim hic adeò est, vt si in acuto capite promineat nil absurdi caput tale significet, cùm alias pessimam habeatur capitis acuties.

Cerebro corrupto alij in tribus diebus alij in septem moriuntur. Choa. 202. 3

Promptissimũ cerebrũ est ad corruptiones suscipiendas, quia & ad fluxiones sicut pulmo, & magis forsan (vt Gal. lib. de Sang. missione cap. 7.) nisi per meatus pronos facile liberaretur. Sed quare alij ex his qui cerebri corruptionem patiuntur tribus diebus, alij septem pereant, non teneo, dũ enim corruptiones præcipuos sinus non attingunt, non video quare tam vicina mors sit. Scio Hipp. lib. de vulneribus capitis in ęstate breuiorẽ corruptionẽ insinuare.

De capitis dolore.

Capitis dolores vehementes & continui cum febre, siquidem aliquod ex signis letha- 1

libus accesserit valde exitiosum est, si tamen absque talibus signis dolor 20. dies transcendat & febris detineat suspicari oportet sanguinis è naribus eruptionẽ vel aliquem abscessum ad inferas sedes, donec autem dolor recens fuerit consimiliter sanguinis eruptionem è naribus vel suppurationem expectare oportet, præsertim si dolor circum tempora & frontem fuerit. 3. progn 11.

A calore febrili vaporum copia eleuari solet ad caput, vt Galen. 1. aphor. 31. qui dolorem gignũt, remissis vero febribus in particularis accessionis declinatione & dolor remittitur & cessat, non de ijs Hippocrat. agit sed de illis in quibus aut continenter vapor eleuatur, vt in synochis, aut cerebrum repletum est humore, siue sanguineo siue bilioso. Hippocratis mentem assequeris si Galeni hoc loci.

2. *Capite vehementer dolenti pus vel aqua, vel sanguis per nares aut aures aut os effluens morbum soluit. 6. aphor. 10.*

Si caput cuipiam doleat vehementer, & tales succi per loca talia prodeant solutio subsequetur merito, rationi namque cõsonum est, materiam illam (qualiscumque ea sit) dolorem genuisse, qua excreta & dolor cessabit protinus, nec innuit sententia omnibus dolentibus caput excretiones illas euen

turas

turas, sed cui caput dolet (si illæ euenerint) à dolore liberari.

Qui valentes capitis repente doloribus corripiuntur & protinus muti fiunt, & stertunt intra 7. dies intereunt, nisi febris interuenerit. 6. apho. 51 & 2. de morbis. 3

Ex Galeno elicies hoc in loco Hipp. mutos dicere eos qui voce priuati sunt, idque modo sensu careant vt apoplectici, modo eum retineant vt soporosi & exanimes aliquot: dubium oriri posset de qua specie horum mutorum sententia hæc sit, at Gal. nullũ est, qui de priore existimat Hip. loquutũ.

Capitis dolor & alia signa in febre non lethalibus signum est, quibus inceperit dolor primis diebus & quarta & quinta magis premuntur. 7. à febre liberatur. iud. lib. 30. 4

Et alia signa scilicet motus de tertio in tertium, oris amaritudo similiaq; considerãda sunt, reliquum de quarta, & quinta magis premi, in statũ currentis morbi signũ est.

Si doluerit caput, & ex hoc febris accedat, & hinc non sedetur, dolore non cessante febris non indicatur & plurimum talia iudicationis longæ sunt ad melius etiam in his, quæ ad sanitatem tendunt. iud. lib. 6. 5

Raro qui debiliores sunt crises morborũ suorũ experiuntur, quare & hi nõ iudican

tur in febribus,bene tamē quia materia per dolores capitis est minorata euadēt,sed per longius tempus ob rationem iam dictam.

6 *Caput circum circa dolenti,ac ægrotāti,si pus per aures,aut nares fluxerit solutio.ind.lib.*

Capitis dolor ad sinciput,& circa frontē prope semper in acutis,ob vapores,&humores ascendentes per manifesta vasa fit,estq; febriū accidens,de quo scriptū est &.6.epid. &.3.sectio.prorrh.est etiā cum dolor totum circuit caput quod non febris acutę sympto ma sed alicuius collectionis in cerebri partibus erit,de hoc pręsens est documentum,in quo dum suppuratio celebratur vapores nō per venas maiores ad sinciput,sed per poros flatus ad cerebrum totum penetrant continenter.

7 *Qui in capitis doloribus æruginosos vomitus edunt,vigilantque cum surditate,cito vehementer insaniunt.*

Vigilia cum surditate in acutis certissimum est delirij futuri signum & certius humoris superiora petentis,surdescunt etiam plurimi in declinatione acutorum,hi tamen non sunt vigiles sed cum morbus in declinatione iam sit dormiunt melius,quod ait de capitis dolore etiam aliquid ad prog. facit, quod autē de vomitu etsi nil ad futuri affe-

ctus

ctus speciem fert,refert tamē ad modū eius vehementius enim insanient qui bile ærugi nosá insaniunt quā qui pallida aut flaua.

Capite dolentes cum cathoce delirantes intercepta albo oculoque feroci,& florescentes in scapu las rigent.1.prorrh.sectio.2.56. 8

Nil ad veritatem prognostici hæc facit quod tota ea syndromes sit symptomatum non signorum.

Si ex capitis dolore aphoniæ fiant atque cum su doribus febrientes soluantur & mala repetant diu tius perdurant & superrigere his malum non est. 1.prorrh sectione.3.text.2. 9

Est synocharum genus ardentiumque fe brium species quæ vt Gal. 9.methodi sudo re finiri solet critico,hęc reuerti assuescit pro pe semper, postque altero solui sudore,vt verbo sudor,ante mōstratū est,his ergo præ positis sentētia erit verissima & huiusmodi si in critico paroxismo capitis adsit dolor,& vocis desit facultas,& ęger sudoribus libere tur à morbo,& recidiua fiat,rigere iterū non est malū:nā sicut rigori priori sudor liberās successit,ita & alteri rigori sudor alter super ueniet,qui iterū patientem soluat à morbo, nec te ab hac interpretatione deterreat apho nia,nam hæc sæpe crisis tempore continge re solet, nec verbū solui in alio significato à Galeno

Galeno acceptum, quoniam verbum λύω & hoc & illud significat, nec illud quod de chronica ait duratione quia febris hęc sem per fere in radice & recidiua. 14. transcendit & septimo decimo iudicatur, acutorum autem morborum terminus. 14. est.

10 *Capitis affecti grauitate & sincipite dolentes, peruigiles, sanguinem profundunt, tum aliàs tum si quippiam in ceruice tendatur. 1. prorrh. sectione. 3. text. 43.*

Doctrinale sit præceptum hoc & quod vt plurimum docet futurum quod vt plurimum factum est, nam & capitis grauitas & peruigilium redundãtiam humorum in cerebro significat, vt Gal. 1. Epid. parte. 3. text. 19. tensio ceruicis eorundem ascensum quorum descensum sperare per nares est verisimile. 1. Epid. parte. 3. text. 23. Cleonactidi caput dolenti &. 3. Epid. parte. 1. text. 15. ei qui in dealcis horto diutius capitis grauitate affecto sanguis erupit, huic paucus & è sinistra die secundo, illi vero trigesimo ab vtraque nare erupit sed non profudit.

11 *Quibus capitis dolores ceruicis labor & totius corporis cum tremore infirmitas hemorrhagica soluunt, cæterum & tempore ita soluuntur. 1. prorrh. sectione. 3.*

Galenus hanc damnat sententiã tanquã inertem

inertem,at videamus num artificio nostro eam artificiosam reddere possimus, de capitis dolore dictum est iam ab abundantia sanguinis fieri & posse & solere,de ceruicis labore non est dubium fluxum sanguinis præsagire,saltem Galen. 1. prorrhetic. sectione.3.text.44.de tremore constat humorum ad supera raptum annuere(manuum præser tim)sicut & tremorem corporis totius infir mitatem subsequi.Quid ergo mirum est si caput dolenti,ceruice laboranti, & tremori occupato(quę omnia signa sunt redundantiæ in capite) prosit hęmorrhagia, nec intentum autoris fuit sanguinis eruptionis scribere indicia, sed supra dictis affectionibus eruptiones sanguinis prodesse,quod autem ait tempore ita soluuntur in morbis 14.transcendentibus insinuat fieri, chronicis inquam.

Qui in principio tenues cum capitis pulsu & vrina tenui ad iudicium aceruantur,his nihil miri est si & mentis motio insuperque & vigiliæ accedant. Choac.86. 12

Capitis pulsus & vrina tenuis eiusdem generis indicia sunt in acutis,& humorum ascensum ad supera significantia,quare merito motio mentis suspecta erit & hominē custodire necessarium ne à phrænitide præ

Ff ripia-

ripiatur,vera igitur oratio eſt ſed diſpoſita praue, potius enim deberet habere ſi vigiliæ accedant & mentis motio, præcedere namque natura ſolet peruigilium mentis emotionibus.

13 *Quibus capitis ac colli dolor eſt,ſed & totius corporis tremula quædam impotentia, ſanguinis eruptio ſoluit,quin & tempore hæc ſoluuntur,Verum Veſica ſupprimitur.* Choac.184.

Eadem fere hæc eſt ſententia choac. quæ prorh.poſita fuit paulo ante num. 11.

14 *Capitis dolor ſoporoſus cum grauitate conuulſorium quid ſignificat.* Choac.188.

Parum affine habet ſopor cum conuulſione,ſicut multum delirium,& merito, nã ſopor à ſuccis ſit frigidioribus & humidioribus,cõuulſio verò aut à mordicatione aut à ſiccitate in febribus fieri eſt veriſimile, teſtatur experimentum.

15 *Caput dolentes ſiticuloſi Vigilantes aliquatenus,obſcuri cognitu,impotentes ex aluo liquida delaſſati num mente moueantur?* Choac.189.

Capitis dolor vigilia & cognitionis obſcuritas,modo hæc ex parte ægri qui ſe non intelligat, modo ex parte aſſiſtentium qui eum non teneant intelligantq; , omnia inquam hæc raptum ad ſuperiora & mentis emotionem futurã per gradus portendũt?,

minus

minus capitis dolor eã promittit, vigilia magis, & magis cognitionis obscuritas: quæ reliqua sunt signa diuersi sunt generis.

Caput dolentes, surdastri manibus tremuli, collum dolentes, mingentes nigra condensata, vomentes nigra, perniciosè habent. Choa. 190. 16

Signa hęc sunt malignitatis non paruæ, vt dum de vrina egimus explicuimus & dũ de vomitu agemus notum erit.

Capitis dolor pertinax cum febre acuta, & alio signo maligno lethale est. Sed sine malo signo transgrediẽs dies. 20. sanguinis aut puris fluxum de naribus, aut abscessus ad inferna, fluxum iunioribus 35. annis, senioribus abscessus. Choac. 174. 17

Expulsiones salubriores & à fortiore virtute magis extra fiunt; quare merito iunioribus expectandus sanguinis, aut puris fluxus, senioribus vero abscessus. Reliqua ex Gal. par. 3. prog. 11.

Quibus capitis dolor cum aurium sonitu (citra febrim) vertigo, vocis tarditas, & manuum torpor eos aut sideratos, aut comitiales, aut obliuiosos fore expecta. Choac. 175. 18

Vnius eiusdemque generis omnia hæc accidentia sunt nimiam cerebri frigiditatem, nimiamque humiditatem præse ferentia, quare merito ab his signis hęc mala

 timere

timere oportet nec solum hæc superuenire timendum, sed & paralyses præcipuè, vt quæ ad torpores sequi soleant prope semper.

19 *Qui caput dolent stupore correpti debilitantes aluo suppressa oculo feroci florulenti hi in posteriorem partem conuelluntur. Choac. 176.*

Dolore caput stupore delirioque affici oculoque feroci, & florere faciem, hoc est rubere, omnia hæc homogenea signa sunt sursum vergētium humorum, atque etiam aluū supprimi ad hoc idem facit plurimū, sed qua ratione opistotonas magis quam alius affectus capitis superuenire debeat non teneo, similis sententia est quæ supra ex prorheticor. tex. 8.

20 *Capitis dolor cum sedis & pudendorum dolore, & torporem, & impotentiam inducit & vocē resoluit. Choac. 177.*

Capitis dolores per abscessus ad inferas sedes expurgari par est, vt sententia prima Hippocrat. docet, & vt ratio demonstrat: reuulsio enim est à superioribus ad inferiora, qua de causa non video cur torporem impotentiam, & resolutionem pariat. Potuit semel contingere non nego: At forse & non cum causa per se.

21 *Capitis concussiones, & aurium sonitus sanguinem*

nem effundunt, aut mulieri menſes deducunt, tum aliàs, tum ſi iuxta ſpinam ardor conſequatur fortaßis autem dyſentericis fluxiones. Choac. 181.

Ad totius corporis vehementes concuſſiones hæc omnia & ſimilia accidere ſolẽt velut in caſu ab alto, idque natura commota expellens qua faciliorem inuenit viam, at in capitis ictu non video cauſam quare mulieri menſes aut viro fluxiones dyſentericæ ſuperueniant, arripere humores non detrudere quæ icta ſunt aſſueſcunt.

Capite grauati iuxta ſinciput dolentes vigilijs infeſtati ſanguinem effundunt, tum ſi quid ad collum ſe extendat. Choac. 182. 22

Eadem hæc ſententia, quæ ſupra tex. 10. ex proph.

Capitis grauedine laborantibus minus lenioſi ſcilicet. 6. Epid. par. 2. tex. 42. 23

Non ſolum lenioſi minus erunt verum minus alijs vexabuntur morbis, præſertim ſi ex defluxu fiant, quum maxima harum affectionum pars à capite defluxu pendeat, quod ſi humor in capite genitus eo loci moleſtat (meninges ſcilicet, & pericraneũ) veriſimile eſt reliquas corporis partes immunes reperiri.

Capitis dolor moderatus cum ſiti cibum capienti aut ſudore non ſoluente febrem abſceſſum 24

 in

in gingiuis, aut circa aures significat, aluo non exturbata. Choac. 87.

Pars affirmatiua de abſceſſu futura dubia inerſque eſt: nō enim ex prægreſsis abſceſſus adeſt ſignificatio & minus multa de loco decubitus humorum, pars autē negatiua de non futuro abſceſſu ſecurior artificioſiorque eſt, nam alui turbatione abſceſſus materia per eam & reuelletur & vacuabitur. eo vſq; lex ſe extendit quæ habet, melior eſt condito prohibentis.

25 *In acutis capitis doloribus, & in torpidis cum grauitate conuulſiones fieri ſolent. Choac. 185.*

Non video quare paralyſes reliquit.

26 *Capitis dolorem ſoluit pus per nares, aut ſputa craſſa & non olentia, ſoluit iterum vlcerum eruptio, quandoque & ſomnus, & alui fluxus. Choac. 186.*

Quæ libet naturalis euacuatio merito proderit ei dolori, qui ab humore manat ſed ſomnus non video cui prodeſſe poſsit, niſi eis qui à vaporibus à ventriculo eleuatis pendet: ſomno namque perficiet venter coctionem ac per inde conſumentur, & reſoluentur vapores.

27 *Caput dolentes exudantes aluum ſuppreſſam habentes conuulſioni obnoxij. Choac. 191.*

Et

Et sanitati etiam parati præsertim in criticis operationibus.

Mentis symptomata.

M*Ens ægrotat iis qui dolentes aliqua corporis parte dolore non sentiunt. 2. Aphoris.6.* 1

Non solum opus est ad sensationem applicetur peculiaris sui obiectũ, nisi etiam cõmuni sensui animaduersio insit: hac de causa delirantes dolorem non sentiunt quod imaginationibus rapti à cõmuni sensu species rapiãtur alio, nec hoc solũ deliris amentibusque contingit verum & mente sanis, qui dum feruntur suis imaginationibus aut meditationibus corporales molestias aut parum aut nihil sentiunt, ac quod aiunt imaginationem casum facere nil aliud est quam animaduersionem attentionemque præstare.

In quouis morbo rationem valere, & bene se habere ad oblata, bonum, contra vero se habere, malum. 2. Aph.33. 2

Secunda sententiæ pars roboratio est primæ, quasi dicat bene se habere ad oblata testatur rationem valere: quis enim adeo est insanus, qui non amet ea quæ sibi

ad ſalutem offeruntur. Accipiatque libenter quantum poſsit, proprium amentium eſt contrario ſe habere modo, per oblata, non ſolum remedia,ſed & cibum & potum intelligere oportet.

3 *Deliratio cum riſu tutior, quæ ſtudio adhibito periculoſior. 6. Aph. 53.*

Multi ſunt deprauationum mentis gradus, vt videre eſt apud Galen. 3. Epidemion par. 1. text. 2. & parte. 2. text. 5. nugari ſcilicet mẽte moueri, delirare, deſipere, dementem eſſe, veſanum (aliàs amentem) & furioſum omnes hi à minori, aut maiori cauſa pendentes ſecundum ſcriptum ordinẽ, priores gradus à vaporibus aut humoribus benignioribus fiunt, vt poſteriores à malignioribus. Delirium igitur cum riſu manſuetam mentis motionem; & à benigniore cauſa fieri monſtrat, vt pote à ſanguine, aut bile moderata, quod vero ſtudio adhibito veſaniam facit ab humore aduſto magis & difficiliore.

4 *Ab inſania, aut mania (id em enim ſunt) difficultas inteſtinorum, aut hydrops, aut extaſis bonum. 7. Aphoriſ. 5.*

Quod furorem difficultas inteſtinorum curet rationi conſonum eſt reuulſo ad inteſtina humore, quod hydrops contingat nõ

adeo

adeo veriſimile, & ſi veriſimile ſaltim non bonum erit,plures namque cõualuiſſe à maniaca inſania quam ab hydrope experimur, itaque erit talis permutatio à malo in peius,ſed quod extaſis furorem etiam curet,recentem intellige & à cauſa procathartica, cuius impetum frenabit mentis alienatio, nam quibus inſania eſt antiqua extaſis ſæpe abſque commodo inſigni contingit,niſi peculiaris acceſsionis.

Delirium & rigor, à multa potatione malum. 5
7. Aphoriſ. 7.

Rigent plurimi ab humore mordente dum à vaſis extra truditur, rigent etiam à morſu ventris,quod in preſenti veriſimilius eſt,corruptis ergo quæ in ventre ſunt, aut nidoroſa cruditate à vini calore aut accida à ventriculi imbecillitate rigorem talem ſuperuenire par eſt quidquid ſit, malum eſt, & non accidiſſe fuiſſet ſatius,non tamen lethale haberi debet,vt experimur quotidie.

Delirium aut conuulſio à ſanguinis profluuio 6
malum. 7. Aphor. 9.

Conuulſionem à ſanguinis fluxu fieri ex inſtrumentorum ſiccitate eamque non modo malam,ſed & lethalem eſſe rationi conſentaneum eſt.Sed delirium an fieri poſsit, ex fluxu ſanguinis poſſet quis iure dubitare,

cum deliria actiones deprauatæ ſint, quas fluxus ſanguinis edere non valet ſed diminutas, forte delirium dixit quodlibet mentis defectum, forte etiã effrænatior bilis reddita ſimile facit ſymptoma. Et forte quod Galen. vult à debilitate motus ſit deprauatus, ſicut contingit his, qui præ debilitate tremunt.

7 *Atrabiliarijs cum phræniti deoccupatis ſi hæmorrhoides oboriantur bonum. iud.*

Reuulſio hæc eſt ſecundum naturam maximè per manifeſta vaſa, & rectitudinẽ bonam.

8 *Inſanientes ſua ſponte ab alijs liberati morbis ſoluit dolor ad pedes, aut ad pectus, aut tuſsis vehemens oborta, ſi vero nihil horum fiat (inſania ſoluta) oculi priuatio contingit. iud.*

Ex non humanis hæc eſt prædictio. (Saltim poſtrema eius pars) nec capio, quare inſania hęc in oculi cęcitatem terminatur, miror, quod autor eius dextrum ſiniſtrum ve non pręſcripſerit, forte quod, an dextra, an ſiniſtra ſit delirij cauſa difficile eſt comprehendiſſe, vt Galen. 6. Epidemion. parte 2. tex. 14.

9 *Mente aberrantes acutè ſuperfebrientes cum ſudore phrænitici fiunt.* 1. *prorheticor. ſectione.* 1. *tex.* 15.

Inter

Inter ſigna quæ criſes procedere ſolēt, & delirium eſt, quod quidem poſſet acutè febrienti ſuperuenire, ſimul cum ſudore iudicatorio, qui morbum ſolueret (tantum abeſt vt phręniticus fieret) in quo caſu ſententia fruſtrabitur. Bene tamen ſi ſudor aduenit adhùc morbo crudo maligno, & ſignis alijs malis firmato. Diaphoreticus erit hic, qui non modo non ſoluet affectionem, ſed & omnia ſymptomata augebit ac perinde aucto delirio ſequetur phrænitis.

In phræniticis frequentes permutationes conuulſionem indicant. 1.*prorheticor.ſectione.* 1.*tex.* 27. 10

Obnoxij maximè conuulſionibus phręnitici ſunt, tam eis quæ à repletione ob bilis copiam; quam eis quæ ab inanitione ob cerebri calorem, & ſiccitatem, quam eis quas non proportionatas appellant ob humoris morſum & malam qualitatem, has frequentiores exiſtimo, nec intereſt ſi conuulſiones, an conuulſiuos motus dicas. Hoc per cōuulſionem intelligitur & per permutationes tenere oportet quod Galen. 1.prorhetic.ſectione.1.text.12. verum quamobrē hæc illud enuncient nō capio, poſſunt enim perturbari nimis phręnitici & non affici cō uulſionibus.

11 *Ignorantia cum rigore mala, mala quoque & obliuio. primo prorheticorum sectione. 2. text. 30.*

Nec ignorantia cum rigore mala est semper, cùm posſit rigor iudicatorius esse & ignorantia iudicij signum vt supra, sed & ignorantes simul, & obliuiosos in declinationibus morborum grauium & videmus sæpe, & docuit Thucydides historia in peste quam narrat, qui autem valde obliuiosus est, mentis necessario patietur iacturã. Nam qui discursu res intelligunt opus habent memoria, ideo Musæ dictæ sunt Iouis & Mnemosines filiæ.

12 *Quæ cum tantula ferocitate, &c. Primo prorhetici. sectione. 3. tex. 31.*

Si omnes casus huic similes scriptis tradere vellimus in infinitum nostra cresceret oratio, verum cum scientia sit de vniuersalibus, hos particulares concursus iure relinquimus, vt vniuersalioribus communioribusque sententijs accipiamus artem.

13 *Delirium facit ebriositas, carnis voratio, vigilia, in frigore aut calore versatio nimia. 2. prorhetic. 1.*

Quod vinum caput vaporibus opplendo, vigilia biliosiorem sanguinem reddendo, calor cerebrum calefaciendo nimis hu-

moresque ad illud trahendo, delirij causa sint capio bene: at quod voratio carnis, aut versatio, in frigore, à longe petere causam oportet.

Mentis motioni proximum est proponere aut expectare aliquid insuetum aut assueto contrariũ Choac. 52. 14

Ex delirijs cum febre quædam repente ingruunt vt in inflãmationibus septi transuersi, & quæ in accessionibus tertianarum, reliqua verò à minoribus mentis emotioni bus initium capiunt, primo enim vigiliæ post propositiones supra dictæ post deliria sequi solent.

Deliria cum sopore conuulsoria. Choacarum. 90. 15

Deliria cum peruigilio conuulsoria vidi sæpe, sed cum sopore numquam & merito: nam quæ ex siccitate fit conuulsio fieri nequit, cum affectio humida sopor sit, sed neque ea quæ non proportionata dicitur, quæ ab humore biliosiore, & quæ fere semper contingit in phræniticis, forte illa quæ ex repletione, verum somnus non tendere membra sed laxare solet sua natura.

Mentis emotiones modice feroces ferinæ sunt, sed & conuulsiones significant. Choacarum. 91. 16

Feroces ferinæque mentis emotiones cõ uulſiones ſignificant præſertim,quam non proportionatam appellant,quoniam ab hu more acriori aduſtoque magis neruoſę par tes magis mordentur.

17 *Delirium in ſpiritu & ſudore lethale eſt. Choaca rum.* 95.

Si ſpiritus(vt exiſtimo)ſpirandi difficulta tem denũtiet,non video quare nec ille nec delirium cum ſudore lethalia ſint, poſſent namque duo priora ſigna critica criticam vacuationem antecedere,hacque morbum ſolui,quare cętera conſideranda ſunt ſigna.

18 *In phræniticis in principijs affectiones manſuetæ ac frequenter tranſmutationem habentes malæ. Choac.*99.

Habes ſimilem ſententiam Hippocrat. (ſed in parua tabella vt hæc eſt).1. prorheti. ſectione.1.tex.12.paucis permutatis,de hac & de illa hoc ſentio , quod ſcilicet ſunt tabellę paruę & ſcriptę ſolum ad memoriam, vt poſtquã eſſent correctę in maiore reponerentur : interea nil intereſt ſi labantur à memoria noſtra.

19 *Mente emoti acutè inſuper febrientes phrænitici fiunt. Choac.*102.

Sæpe ſępius contingit delirare & inquie te agere vnica nocte in acutis citra diſcri-

men

men,vt Galen.3.Epidemion parte.2.text.5. in quibus mentis motio non ſemper phrę-nitica eſt,ſępe etiam in feb.augmento ægri mẽtemouentur nec omnes phręnitici fiũt.

Phrænitici parum bibentes ſtrepitum valde percipientes tremuli aut conuulſi. Choacar. 103. & prorh. 11. 20

Noui ego aliquot qui natura ſua parum ſiticuloſi ſunt non de his eſt ſermo, de reliquis, inquam, quod parum bibentes ſemper fere ſunt delirij quia dolorẽ nõ ſentiunt tremuli, quia debile habent cerebrum & neruos tentatos:at quod de ſtrepitu ait & conuulſione non teneo etſi Galen. legerim Oleriumque.

Deliria circa neceſſaria peſſima. Choac.105. 21

Tanto ſymptoma deterius eſt quanto à natura diſtantius, diſtant magis à naturali qui circa neceſſaria peccant,circa neceſſaria intellige quę ad vitam talia ſunt vt cibus & potus neceſſaria quoque expurgationes excrementorum & inſuper quæ ad diæticam pertinent, hæc eſt omnis & bona quidem interpretatio quod ſi aliam non inertem audire deſideras aures accõmoda:ſũt propoſitiones quædã neceſſarię quales ſunt:omne totum eſt maius ſua parte,&,ſi ab ęqualibus ęqualia demas quæ remanent ſunt ęqualia,

ſunt

sunt aliæ opinabiles & quæ in vtramq; partem agi possunt, vt elementa manent formaliter in misto, & virtus naturalis est influens: qui ergo in prioribus & necessarijs propositionibus iudicio errant, errnat plurimum & à natura distant maximè, quare talis aberratio pessima merito est.

Fatuitas ex ictero mala. 215. *Choac.*

22 Ex icteris multi perniciosi, quod si fatuitas accedat multo peiùs, cum vitium ostendat naturalis facultatis animali iam communicatum.

Mentis perculsiones voces clangorosæ linguæ conuulsiones & voces tremulæ fientes mētem alienant: durities in his perniciosa. Choac. 106.

Voces tremulæ, & linguæ conuulsiones in valde amentibus contingere solent, cætera non capio: dissimilia enim signa sunt diuersa significare nata.

Prædebilitatorum deliria pessima. 107.

Delirant multi in declinationibus febriū acutarum etiam debiles, qui quidem non pessimè ægrotant, quoniam si vires eis languidæ insunt morbus languidior existit, & tempore vincitur, atverò cum prę debilitatis atque languidis delirium superuenit, fortis noua affectio hominem iam debilem necessario tollet.

In

In phræniticis affectiones frequenter transmutationẽ habẽtes cõuulsoriæ prauæ. 108. *Choac.* 25

Modo transmutatio ad symptomata itavt à nugatione ad insaniã & cõtra, modo ad loca (vt inturgentia accidit) referatur: nequaquã (vt ante num. 1. dictum est) nata est conuulsionem significare, quod si taliter affectis aut non affectis conuulsio superueniat, praua est propter causas ante latas, phręnitis namque timorem de siccitate præbet.

Phrænitici cum perfrigeratione saliuam fundentes vomitum nigrum indicant. 109. *Choac.* 26

Saliuam fundere in delirijs cõtingit quę studiosa Hippocrat. aliàs appellat, & quæ ab humore pendent adusto & atrabiliario, cõtingit etiam cum perfrigeratione hypochondrij his qui vomituri sunt: quare verisimile est ex vtroque signo vomitum contingere nigrum aut saltem alterius generis

Qui varie ægrotant & frequentur soporosi mente mouentur, his nigrum vomitum expecta. 110. *Choac.* 27

Varie ægrotare ab humore melancholico præsertim cõtingere solet, eadẽ ratione errantes febres quartana excipere asuescit & eadẽ ratione qui varie ægrotãt atrabiliariũ succum euoment, sed nec hoc sic certum est vt sententiam vniuersalem efficere va-

expecta idest timere; non q[uod] necessario vomitus superveniet niger, s. q[uod] si superveniat de sedenio exit.

leat. Nam forte pauciora à regula continebuntur, quam ab exceptionibus, quod autẽ ait de sopore, & mentis emotione diuersi generis signa sunt.

28 *In phrænitidem incidit capitis dolor, præcordium reuulsum, non profluente è naribus sanguine* 128.

Semel forte autor libri hanc vidit syndromen & ex ea generalem sententiã efficere voluit: quia nec capitis dolor per se phrænitidem nuntiat nec hypochondrij reuulsio. Quod si dicas hęmorrhagiam portendere, ideoq; (si hæc desit) phrænitidem, à longe petis præsagium: & quod longo itinere deficere frustrareque poterit.

29 *Mentis emotiones modice feroces malæ, & ferinæ sunt.* 168. *Choac.* & 274.

A minimis incipiunt omnia. Sic & modicas ferocitates in delirio maiores excipere solent, ferocitas qualiscumque mala est, & quoniam ab adustiore humore difficilis.

30 *Phrænitidem indicat screatio frequens si aliquod aliud affuerit signum.* 272.

Si (screationem frequentem) simplicem expuitionem intelligas quæ contingere solet incipientibus delirare, & iam deliris, vnũ est ex eis quæ citra animaduersionem illis contingunt, forte putant se aliquid noxiũ habe-

habere in ore aut ventre, & existimant se illac expulsuros. nec solum deliris sed quomodolibet desipientibus (vt melancholicis & alijs) accidit. cætera signa considerare iubet merito, videmus enim plures mente sanos hoc vexari symptomate à nimia ventriculi humiditate, sputi causas inuenies. 1. sectione prorhetici. tex. 12.

Ex insania ad raucedinem cum tussi fit discessus 31
532.

Et hoc ex raris est & quod contingere valet sed non efficere sententiam.

Mentis emotiones taciturnæ non quiescentes oculis, circunspiciente, extra spiritu ferentes pernitiosæ sunt, faciunt autem & leues siderationes diuturnas. 534. 32

Deliria hæc melancholica sunt, quod si humor qui in animam irruit in corpus feratur, siderationes, diuturnasq; fieri necesse est, sed quare leues non teneo, nisi dicamus à flatu crasso quo abundant atrabiliarij eas fieri, quæ diuturnę sunt quia iterum atque iterum superueniunt longo tempore.

Capitis ac colli dolores ac grauitates cum dolore, cum febribus, & sine, phræniticis conuulsiones, sed & virosa vomunt, & quidam ex his subito moriuntur. 1. Epidemion costitutione. 2. ad finem. 33

Capitis ac colli dolores in febribus & sine febribus conuulsiones antecedere solent opistotonos præsertim, sed cur in phrenitіcis & sine febri non capio.

Vigilia.

1 *Vigilia & somnus modum si excesserint malum. 2. Aph. 3.*

Adeo perniciosa vigilia multa est vt Hippocrat. 2. prognosticon. non dormire pessimum dixerit, & libr. primi initio faciem Hippocraticam ab eadem fieri intra eũdem diem ob maximam spirituum resolutionem. 1. Epidemion parte. 2. text. 75. perniciosam etiam Galen. dicit, causam reddit. 6. Epidemion parte. 1. tex. 6. quia sanguinem corrumpit, quemadmodum & dolor ac negata attẽperatione, quæ per somnum corpori tribuitur, humores acriores biliosiores que redduntur, inde caput calescit & siccescit magis, quare à vigilia peruigilium ab hoc delirium ab eo phrænitis, quã mors excipere solet experitur sæpe.

2 *Propter vigiliam conuulsio aut desipientia malum. 7. Aphor. 18.*

Vigilijs nimijs succedere solent deliria modo melancholica (quæ non admodum

periculosa sunt) modo phrænitica quæ sunt magis, sed conuulsio si eis succedat, nõ modo malum est, vt Hippocrat. vult, sed & perniciosum, indicium enim est à siccitate cerebri eam fieri, quæ incurabilis est nõ modo periculosa.

In vigiliantijs quibusdam anxiosis parotides maximè. 1*.prorh.sectione.*3*.*62*.* 3

Iam (eo quod quibusdam ait) præceptũ est debile, cum opus non de particularibus quæ infinita sunt, sed de vniuersalioribus quæ sub scientiam cadunt esse debeat, vigilia & anxietudo simul (in morbo salubri) crises optimas efficere solent, cętera ergo signa inspiciẽda, quę si parotidum etiam sunt, parotidas polliceri valebunt, sin secus minime.

*Vigilantes caligantes lassati soporosi exudantes male habent. Choac.*40*.* 4

Disiũctiue legenda sententia hæc est, nõ enim vigilantes & soporosi cohęrent, sed nec vigilantes, cum vigilare per totam noctem in acutis semel non sit absurdum, nec calligantes cum criticum signum esse soleat sanguinis fluxum præcedens, nec lassati (quin ex occasione tales esse posint) nec soporosi (cum sopor vbique malus non sit) nec exsudantes cum sæpius exsudare in

salutem ægrotantis non in perniciem esse soleat, nec omnino vt dixi mali quid hæc significant per se, nisi per male intelligatur, non frui omnimoda sanitate: sed hæc rustica fuisset interpretatio.

Somnus.

1 *Somnus & vigilia vtraq; si modum excedant malum.2. Aphor.3.*

Somnus requies est facultatis animalis à vapore cerebrum irrigante. prope semper dum tali vtimur termino naturalem significamus: nam præternaturalis plures sunt differentiæ, alius dicitur sopor, alius coma, alius lethargus, alius aliter, vt vide re est apud Gal. & reliquos autores. Sōni cōmoda sunt reparatio spirituū animaliū caloris moderatio, siccitatis temperatio, ciborum coctio, & alia, sed etiā si nimius est sua dāna profert, opplet vaporibus caput, frigidum corpus frigidius reddit, torporem mēbris inducit, corpus siccat ac nutritionem frustrat, cum Hipp.6. Epid. parte.5. text. 32. somnus (ait) multus siccat euacuatum, somnus ergo quemadmodum, & cętera non naturalia ab arte dicta, modo prodest si tēperatus, modo obest, si nimi⁹, & intēperatus est.

In

In somno considerandæ suspectiones oculorum. 1. *prog.* 11. 2

Require oculorum inspectiones. Verbo, oculus num. 3.

De somno quemadmodũ ex natura & in cõsuetu dine est, interdiu vigilare noctu dormire conuenit si hoc tẽp⁹ trãsgressũ fuerit deterius est, minime no cebit, si dormiatur prima luce ad tertiã diei par tẽ, somni extra hoc tẽp⁹ deteriores sunt. 2. *prog.* 11. 3

Dormire noctu bonum est omnibus tanquam causa qua natiuus calor intro receptus coctiones operatur meliores, & tanquam signum quoniam seruatur quod anti quũ & secũdũ naturã est, principes excipio multos quibus assuetudo est opposita & in quibus nil mali diurnus somnus significabit vnquam. quin etiam mane dormire vsque ad horã nonam dierum æquinoctialiũ (& cæterorum ad proportionem) nonnocebit, quia tunc calor externus nõ adeo viget vt interiorem vocet.

Pessimum verò est nec interdiu nec noctu dormire: dolor enim aut labor ab eo significatur. 2. *prog.* 12. 4

Pessimum verò nunquam dormire, & vt signum, quia maximam significat adesse causam, & vt causa quia incommoda fert, quæ supra verbo vigilia scripta sunt.

5 *Somnus quo in morbo laborem facit mortale, vbi iuuat non mortale. 2. Aph. 1.*

Iuuare somnum prodesseque ægrotanti cum sit hoc ex natura somni nil boni significat, sed laborem facere quia contra eius naturam est, merito lethale haberi debet.

6 *Vbi somnus delirium sedat bonum. 2. Aphoris. 2.*

Multo magis est delirium sedare, quam simpliciter iuuare. Est verò bonum quoniā sani excitati à somno non solēt mentem habere ita expeditam vt vigilantes, quod ergo à somno æger non solum non mente vacillet, sed quam amiserat recipiat bonum est signum scilicet coctionis & resolutionis humoris motum facientis, ac facientis somni: tum officium suum tum vigilię, somnus namque coquere solet vt vigilia digerere. 6. Epidem. parte. 5. text. 32. quod simul in tali somno reperitur.

7 *Insomnia phræniticis conspicua. 1. prorhetic. 1. tex. 5.*

Prognostica hęc sententia est quia futura phrænitis, aut delirium saltim præsentitur. Solent dormientes somniare, tamen ita vt somni tempore non sic vera existiment insomnia, quod impresſiones imaginū in humida materia fiant. Solēt quandoq; sic vt

videre

videre se & agere quæ in somno machinantur vere iudicent, ac fere testentur, indicium sicc ioris cerebri, hoc valde contingit (etiam sanis) natura melancholicis quibus etiam ab eadem causa diuinatio naturalis aduenit, quoties ergo in acutis contingat ęgrum insomnia sic fuisse firma & pro verissimis habita signum est siccitatis cerebri ac delirij, quod à calore & siccitate iuuatur maxime, idque præsertim si cum hoc multum tẽporis eodem insomnio consumpserint.

Insomnia in phrænitide euidentia bona sunt. Choac.97. 8

Eadem hæc videtur sententia, quæ prior sed suo modo autor libri interpretatus est, quam non teneo, lib. est apud Galen. de præsag. ex insomnis sed neque illic inuenies huius diuinationem.

Somni profundi non turbulenti firmam iudicationem significant. choa.164. 9

Rarissimum est ęgros præsertim in acutis, bene dormire, bene inquã quietè & absque imaginibus, & turbationibus, ita vt factum sit prouerbium, veluti ęgri somnia vana, quod si quando contingat, & vt signum & vt causa bonum erit. Dormire ergo profundè & quietè bonum proculdubio est, significat enim in pueris iudicium præsens,

salutemque certo futuram in adultis aut maioribus natu iudicium iam perfectum & salutem præsentem, solent sic dormire qui turbationibus criticis vexati, & vacuationibus succedentibus lassati iam sanitate potiuntur. Consule .p. prorrh. sectione. 2. text. 20.

10 *Somnus multus siccat euacuatum. 6. Epid. parte. 5. text. 32.*

Quia per somnum agitur sanguis ad interna magis vt ipse Hippocrates. 6. Epid. parte. 5. text. 30. destitutis igitur extremis partibus naturali calore atrophiã ac perinde siccitatem patientur, quam ex multo somno prædices.

11 *Per somnum in febribus pauores aut conuulsiones malum. 4. apho. 67.*

Respice verbo conuulsio num. 3. Quod si pulchra de somno in morbis amas. 6. Epid. parte. 4. text. 16. consule.

Excitatio.

1 *Excitationes turbulentæque in somno & feroces conuulsiuæ tũ aliàs tũ in sudore. 1. prorrh. sectione. 3. 19. idem. Coac. 88.*

Quemadmodum & reliquæ horum voluminum sententiæ (quæ nõ sunt ex apho. & prog.) sic & hæ absq; certitudine & veritate videntur. Excitationes turbulentę præce-

dere

dere solēt delirijs, verũ est, eaq; consequi cõuulsiones, nõ tamē sic in vniuersum vt efficere sententiam valeant etiam si feroces sint.

Sopor.

IN *lethargo tremor malum. 7. aphor. 21.* 1
In verbo tremor aphorismus hic locum habet aptiorem & non est in aliquibus codicibus sententia hæc.

Sopor an vbique malus. 1. prorrh. sectio. 2. 29. 2

Quemadmodum per somnum naturalē requiem tenemus, vt dictum est, sic per soporem quemlibet prçter naturam somnum intelligimus, vt caron, lethargum, coma, cataphora &c. dubitat merito an sopor vbiq; malus ex sua sit natura, cum videamus quosdam & somno profundo resurgere sanos aut fere, alios vero statim perire aut post periclitari. Soporem nõ dubium est ex sua natura malum esse, signum enim est humoris frigidi cerebrum occupantis, & quoniam præcipuum lędit membrũ periculum secũ afferre, non tamen vbiq; vt verb. som. tex. 9.

Qui soporantur icteriq; fiunt nec valde sentiunt, vēter his copiose fluit, forsã quoq; si detinetur exoluũtur: an in his parotides. 1. prorrh. sectione. 3. 60. 3

Syndromes hæc fuit diuersorum generum ne quicquam certi significans.

4 *Comatosis, & surdis mansuetæ parotides si anxiosi sint. 1. prorrh. sectione. 3. 66.*

Comatosis parotides succedere par est prope semper, natura expellente humores ad inferiora imaque emunctoria, de surdis vero quod ait interpretatione eget, alij enim surdi sunt aut surdastri initio morborũ malignorum in quibus locum habebit sententia scilicet materia, qua primo cerebrum petit & à cerebro ad aures demissa, alij vero surdi fiunt in morborum declinationibus protrusa materia ad aurium radices vbi neruus auditorius in mẽbranulam definit, de quo plura sunt experimenta in lib. Epidemiõ & multa tu obseruasti sicut & nos in his qui statim saluti sunt restituti. anxietudo præcedit semper parotidas, quemadmodum & omnes criticas vacuationes, at quare mãsuetas dicat non teneo, nisi velit crudiores & pituitosas.

5 *Quibus comatosa anxiosaque hypochondria dolentia, & vomitoria exigua, in his parotides excitãtur, ante autem faciei signa. 1. prorrh. sectione. 3. 70.*

Eiusdem farinæ hæc etiam sententia est, nil habens certi aut clari sed varia signa diuersique generis incerta & confusa.

6 *Hypochondrij contentio cum comate anxioso & ca.*

& capitis dolore parotidas attollit. 1. *prorrh.sectione*.3.74.

Coma anxietudo & parotis cohærent,bene scilicet vt dictum est,coma in parotidas fiiri solet critice & cum labore excreta materia in emunctorium, sed quod de hypochondrij contentione ait à cæteris dissentit plane,accidentale namque est, habentibus hypochondrij cuiuslibet contentionem parotidas attolli.

Soporosi rigore aliquatenus pernitiosi. Choacarum.7. 7

Et merito,pessimi namque morbi sunt vbi vterque humor tum crudus tum biliosus exuperant,coma semper ab humoribus sit crudioribus,rigor vero à biliosis.

Qui varie ægrotant & frequenter soporosi mẽte mouentur, his nigrum vomitum expectare. Choa.110. 8

Forte de typhomania comateque vigili est sermo hic, varie namque velut à causa varia afficiuntur sic affecti, qui & soporosi sunt & deliri simul eadem hora secundum humoris pituitosi & biliosi motum,quod autem ait de vomitu nigro expectando dignũ est vt mittatur in paruam tabellam.

Lethargi tremuli manibus,somnolenti, discolores,tumidi,pulsibus tardi sunt,& partes sub oculis 9

eleuatas habent, & sudores insuper accedunt, & aluos biliosas & intemperatas subtumidas habent, si vero obaridas habuerint, vrinæ & egestiones al ui latenter ipsis progrediuntur: vrina, velut iumen torum est, potum non expetunt nec aliud quicquã postquam vero resipuerint collum dolorosum habe re dicunt & sonitus per aures. 148. Choa.

Lethargi tremuli manibus, somnolẽti discolores, tumidi pulsibus tardi sunt, & partes sub oculis eleuatas ad diagnosticam hęc pertinet pars & bene, cætera tam quæ ad diagnosticam quam quæ ad prognosticam confusionis plena sunt, quod autem ait de pulsuum tardidate satis suadet hanc sententiã Hippocratis non esse qui tam particularia aggressus in proprijs lib. nunquam reperitur.

10 *Qui vero ex lethargicis seruantur plerumque pectore suppurati fiunt. Choa. 149.*

Si sententia contrario esset modo scripta veriorem haberet finem. Scilicet qui ex lethargicis seruantur plerumque pectore suppurati non fiunt, etsi vtrumque contingere soleat suppurari & non suppurari.

11 *Soporosi in principijs fientes cum capitis dolore lumborum colli, & præcordij vigilantes nũ phrenitici sunt? nasus in his destillans pernitiosus, tum aliàs tum si quarto cœperit die, malum est etiam al*

ui profluuium rubeum valde.193. Choa.1. prorrh. sectione.1.text.1.

Lege Galen.in prorrh.non enim meum repetere est quæ antea probe dicta sunt,præsertim à Galen.qui longam in hoc facit explanationem: sed quod ait malum alui profluuium rubeum non probo (sicut nec autor prorrhet.qui hanc partem reliquit) deiectiones namque omnes sicut & excreationes in acutis si bene exeant,bonę esse solēt, vt autor idem.Choa.196.

Sopor vbique malus.Choa.192. 12

In.2.numero huius eadem sententia ex prorrh.scripta est,nisi quod supra interrogatiuè hic affirmatiuè legitur.

Soporosi ab initio exudantes,vrinis coctis ardētes,verum circa indicationem perfrigescentes,& breui rursus ardentes,torpidi,soporosi,conuulsi perniciose habent.Choac.194. 13

In morbis ab humoribus crassioribus pēdentibus sopores fieri solent, qui humores cum sint crassi male per cutis poros excernuntur. Natura autem per conuenientem regionem(si bene operatur)ducere solet, & cum hæc conueniens non sit,reliquum est vt irritatione id faciat: attestatur hoc idem verbum initium, quamuis hoc cum subsequenti non cohęret,ab initio inquam & vri

nis

nis coctis quæ quidem ſtatum morbi potius & ſalubre ſignificant. In ſoporoſis affectionibus etiam prauis verum eſt vrinas coctas & apparere & reuera eſſe ſæpe, coquuntur namque à ſomno etiam præternaturali. Cauſam vero quare periclitentur ęgri exiſtimo quod natura etiam ſi coxit non expulſit præ ignauia reliquarum facultatum, circa iudicationem ſcilicet circa vim & morbi ſtatum perfrigeſcentes, iam hoc ſignũ eſt perniciosum valde in his, ſi enim rigorem intelligat, ſudor eum excipere ſolet, Qui malus eſt, vt ſupra dixi: ſi ſimplex frigus debilitatis aut humorum crudorum copiæ ſignũ. Quod reliquum eſt nil habet doctrinæ, haberet forſe melius ſententia in hunc modũ, ſoporoſi ab initio exudantes etiam cum vrinis coctis aut circa morbi ſtatum perfrigeſcentes pernitioſe habent.

14 *Soporoſi ſomni & perfrigerationes pernitioſæ ſunt. Choa.* 195.

Initijs acceſsionum tertianarum ſolent ęgri etiam ſopore aut comate teneri, quod quidem vel in augmento vel ſtatu acceſsionis ceſſat, in quo caſu & cum perfrictione ſomni ſoporoſi non admodum pernitioſi ſunt, at in continuis, & acutis propter ſupra dictas cauſas peſsimum eſt ſignum.

Soporoſis

Soporosis delassatis surdis factis aluo erumpente si rubicunda egesta fuerint circa iudicationem prosunt. Choac. 196. 15

Non modo rubicunda si egerantur ad iudicationem. Sed & omne excretionis genus cocto humore saluberrimum est, quantum ad se attinet.

Soporosi anxiosi præcordium dolentes parum vomentes abscessus iuxta aurem habent, antea vero in facie tumores cum sopore. Choacarum. 197. 16

Nec præcordij dolor nec vomitus cum parotidibus affinitatem habēt, bene tamen soporosi quare diuersorum est generum sententia hæc.

Soporosa, anxiosa, dolorosa præcordia frequenter parum spuentia tumores circa aures habent. Choac. 199. 17

Anxiosa pręcordia sanguinis narium vel etiam sudores significare apta sunt, quemadmodum sputum frequens vomitum, & sopor parotidas, itaque tria hæc diuersa signa inter se sunt, in hoc & in vnoquoque cætera considerāda signa, quod si cohęrētia sunt, proculdubio euenient, equidem sententia hæc nil certi affert quia neq; cohęrētiæ.

Soporosi num aliquid conuulsorij habent, &c. Choac. 200. 18

Quemadmodum phrænitici valde conuulsionibus & sæpe tentantur, sic soporosi raro ob ea quę ante dicta sunt.

19 *Affectiones soporosæ fatuitatem inducentes. &c. larga syndromes.* Choac.201.

Cócursus hic est signorú diuersi generis.

20 *Sopor malus cruenta alui egestio & vasorum vacuatio præter rationem.* Choac.88.

Et sopor & crueta alui deiectio mala sunt ex sua natura. Sed vasorum vacuatio præter rationem pessima est, cum enim sine manifesta causa apparet facies quam Hippocraticam appellant, aut penuriam maximam natiui caloris aut aliam causam abdytam consumptionis nunciat.

21 *Et soporosis torpefactis liquida egestio pessima.* Choac.706.

Soporosi duas expetunt vacuationes, alterá quæ totú purgent corpus, venas scilicet, hæc optime per liquidá alui deiectioné perficitur cú locus conueniens fit ad humores crassos & tenues, alterá quę cerebrú ipsum, ad q perficiédum parotides bonę esse solét. Nescio quare liquida alui deiectio pessima sit, quę pluries & securius indicare solet in his.

22 *Cum sopore, & capitis dolore calescere insuper, pernitiosum est.* Choac.723.

Sepultæ sunt febres sopore detentorum,

raro enim sopor ardentibus coniunctus est, vt Gal.3.Epid.par.3 tex.34.&.62.Calescere ergo nimis malum, quia vt copiam crudorum sopor, ardor biliosorum significat, quæ duo coniuncta difficilia sunt vt alias dictum est.

Obliuio.

Ala obliuio cum ignorantia. 1. *Prorhetici.sectione.2.text.*30. 1

Est obliuio mala cum rigore sicut cum ignorantia, & exitialis tanquam natiui coloris maximã debilitatem significãs:ita cõtigit Apollonio.3.Epi.par.3.tex.36.& cõstitutione illa praua eodem.37.Potest etiam in declinationibus morborum contingere, quasi eorum abscessus vt in peste, quã Thucydides narrat in qua seruati & liberati, nec suorum nominum recordabantur.

Apoplexia.

*Poplexiam soluere fortem nullo modo, debilem non facile.2.Aphor.*42. 1

Apoplectici dicuntur, qui exanimes concidũt repente sine motu, & sensu, & quãuis aliqui ex his inter initia palpebras

moueāt, oculosq́; grauiter aperiant, post mo dū & hoc priuātur. Dicūtur sic à verbo Greco quod quati significat, quasi cōcussi: solēt cadere qui ab alto cecidere attoniti sine sensu & motu (aut aliàs valde capite percussi) sed ne hi quidē apoplectici sunt, cum plurimi ex his salui fiant breuiter. Apoplecticos verò fortiter apprehēsos liberare impossibile, Apprehensos debiliter nō facile: nimirū, quia per apoplexiam Hippo. intelligit, cum animalis virtus impedita est non à turbatione spirituū. vt in ijs, qui cecidere & percussis, sed à pituita vētriculos obstruēte, aut sanguine confestim in cerebrū irruente simul & obstruente, Hoc lib. de sanguinis missione, illud libr. quos & quando &. 3. Aphor. 16. quæ fit apoplexia fortis, quæ debilis, quære à Galen. hoc loco, qui & aliàs penes respirationis difficultatem maiorem, aut minorem differentiam docet.

2 *Apoplexiæ fiunt maximè, à quadragesimo anno ad sexagesimum. 6. Aph. 57.*

A vigesimo anno ad quadragesimum homines magis veneri quam gulæ indulgere solent, ideq́; viuidiores & magis exercitati, quare tot superfluitates aggregare nō solēt, à quadragesimo anno ad sexagesimū minus veneri magis gulę dediti sūt, cerebrūq́; debi-

lius,tũ ob ętatem,tum etiam ob anteactam venerem,merito ergo hos homines apoplexię molestant magis, Eunuchis apta omnis est ętas huic malo,quod in vniuersum gulosi sunt,forte quod eorum ventriculus à venere minime debilitetur. Fœminæ raro eo corripiuntur morbo quod habeant aliã manifestam & naturalem vacuationem, qua non solum ab hoc sed à multis alijs liberantur.Sunt præterea(ob otiosam vitam)obstructionibus ventris obnoxię vbi suos morbos prope semper nutriunt,qui in caput fumãt, non sedent.

Subitaneis apoplexijs si febris mediocris soluta què & diuturna superuenerit pernitiosum vt Numenij filio.1.prorrh.sectione.2.50. 3

Longa diuturnaq; febris ex se difficilis & periculosa existit,quod si hæc succedat apoplecticis,necessario mala pernitiosaq; erit. Solent apoplexię in emiplexias,hoc est alterius lateris resolutiones terminari,quamobrem debilitatum innatum calidum in his male se à febre vindicabit.

Sideratis si hemorrhoides accedant utile est,si vero frigiditates,& torpores,malum.Choa.526. 4

Habere hemorrhoidas communicationem cum cerebro palam est. Tum ex Anatome,tũ ex Hip.sentẽtijs,quare cõsentaneũ

est eas prodesse sideratis præsertim eis qui à copioso sanguine crasso, & melancholico tales sunt, at frigiditates merito malæ, tāquā signa, & tanquam causæ debilitatem naturalis caloris significantes simul & causantes, quod de torporibus ait nòn cohęret: nam si sideratus id quod apoplecticus (vt codex Gręcus docet) nobis significet, torpor malus non potest esse, quoniam hic est alicuius sensus particeps apoplexia vero nullius, immo vero erit quod ructus accidus longis lienterijs.

5 *Sideratis sudor ex spiritus ægra latione malū si febris accedat solutio. Choa. 527.*

Tanto grauiores apoplexiæ sunt (sicut & cæteræ omnes passiones soporosæ) quāto respirationem magis lædunt, si ergo spiritus admodum difficilis est (sic intelligo ægram lationem) malum valde est quod si & sudor adsit perniciosum: sudant tunc in agone hi & impossibile est prosit talis sudor, nec enim materia apta est sudori nec profuit sudor vnquam in hac vt nec in reliquis supra dictis affectionibus soporosis.

6 *Siderationes de repente solutorio modo fiētes insuper temporis progressu accedentes pernitiosæ. Choac. 528.*

Coniectore Apolline opus habet hoc scriptum.

Destor

Distorsiones faciei in siderationes terminantur aliquando.2.prorrh.42. 7

Ad ver.facies scripta est hæc sententia.

Quibus cerebrum sideratum est intra tres dies intereunt, si hos superauerint sani fient.7.aphorismorum.50. 8

Siderari Græcè idem sonat quod corrũpi os, itaq; sideratio est ossis corruptio, significat etiam idem quod gãgrenari vt.7.aphorismo.50. quod est carnem mortificari aut cadauerari, sed alia significatione, & percussionem significat, qua in præsentiarum accipi par est. Itaque hoc significatu, & sideratio, & percussio idem sunt: qui ergo ex percussis concidunt nisi triduo in se redeunt, apoplectici veri sunt, & statim pereunt, qui hos prætereunt sani euadunt, quia à leuiori causa conciderunt.

Paralysis.



Araplecticis parotides vitiosæ. 1. prorrh.sectione.3.text.65. 1

In verbo aures inuenies sententiam hanc, & quid de ea sentiamus.

Resolutio maxillarũ in tetanis mala. Choa.391. 2

In capi-

In capite de maxillis scribetur de huiusmodi affectu.

3 *Distorsiones faciei si nulli alij corporis parti cõmunicent cito sedantur aut sua sponte aut ad necessitatem coactæ, reliqui vero siderati fiunt.* 2. *prorrh.*42.

Scio hic libri autorem de paralysi musculorum oris agere: at non quid sibi vult, apposuimus textum vt quisque interpretetur ad arbitrium suum.

Stupor.

1 *SI de repente lingua incõtinens fiat aut aliqua corporis pars attonita stupeat signum est, melancholicum.* 7. *apho.*40.

Et motus & sensus defectus diminutioque est quem stuporem dicimus ac veluti paralysis initium, hoc animaduerso quod stupor potius sensum & paralysis potius respicit motum, sententiã hanc aspice verbo lingua.

2 *Torpor in vtramque partem cito translabens malum. Choa.*61.

Nec bonum nec malum hoc est signum ex sua natura cum humores moti, & turgentes tam in bonam partem ferri quam in mala lam

lam posſint, quod ſi afflatu fiãt torpores minus malum.

Qui ſtupore detenti caput dolent oculum rubicundum habentes ſanguinẽ effundunt. Choa. 180. 3

Varijs ſymptomatibus occupari ſolent quibus criſis futura eſt. Quare & quaſi apprehendi, vt. 7. aphor. 14. & ſtupore detineri poſſunt qui ſanguinem effuſuri ſunt, at neceſsitatem minime affert documentum ſed nec doctrinam.

Torpores & ſenſus ſtupiditates præter morem fientes ſiderationis ſignum. Choa. 524. 4

Sideratio totius eſt corporis paralyſis, torpor ſtupiditasque mediũ inter omnimodã ſanitatem & ſiderationem: veriſimile eſt ergo torpore creſcente ſiderationes homines occupare quãuis abſq; tali ſigno multi cõcidant ſiderati aut apoplectici excipe hypochondriacos, qui quoniã afflatu torpores patiuntur non incidunt in ſiderationes.

Stupor aut mentis motio ab ictu malũ. 7. aph. 14. 5

Quodlibet accidens læſionem multam ſignificans malignũ, ſic concidere in capitis ictu lethale eſt, quanto magis attonitũ ægrũ eſſe & manere. Sed & delirare in capitis ictu prauum eſt ſymptoma maximã cerebi commotionem oſtendens, quod in acutis non adeò eſt graue cum ſoli vapores calidi ele-

uati à febribus id efficere valeant.

Epilepsia.

1 E*Pilepsia laborantes pueros cum loci victusque, tum maxime ætatis mutatio liberat. 2.aphoris.45.*

Sunt morbi qui in senectute meliores fiunt, vt Galen. 6. Epid. parte.5.tex.6. sunt qui peiores vt Hip. 2.aphor.39. Epilepsia vnus ex his est qui melius in adolescenti ætate habet se & merito, tum propter virium robur omnibus magnis morbis necessarium, tum etiam ob calorem & siccitatem morbo contrarium: fit namq; epilepsia vt Gal. 6. Epid. parte.1.text.5. à frigida humidaq; cerebri temperie plerumq; raro enim ex alicuius membri vitio prouenit, mutatione ætatis liberantur epileptici, quia cum animalis corpus in dies siccescat ætate crescente, mala illa temperies corrigitur, locus etiam, victus ratio, vitæ studium ad calorē & siccitatē declinantia oportent.

2 *Epileptici ante decimumquartum annum mutationem recipiunt. Qui vero post vigesimum quintum vna commoriuntur. 5.aphor.8.*

Qui à prima ætate puerili atque ex natura cerebri à prima generatione comparata epilep-

epilepticisunt nec pharmacis nec ferro curari cōuenit(nisi morbus vrgeat) quia difficillime hæc auxilia ferūt;sed ætatis mutationē tanquā legitimā medelam expectare ob rationem supradictam,quæ curationē procul dubio perficiet nisi iniusta obstet dieta;eos vero qui non ab infantia aut priore ætate tales sunt sed à praua victus ratione curare decet,nec expectare ætatem vlteriorē.6. Epid. parte.1.tex.5.& parte.5.text.26.Gal.

Ex his qui epilepsia corripiuntur difficillime liberantur,quibus à pueris contigit & simul ad virilem ætatem peruenit.Deinde hi quibus ætate iam vigentibus scilicet à.25.ad.45. annum post hos hi quibus morbus nullam præbet significationem, ex qua parte corporis initium sumat.2.prorrh.20. 5

Qui virilem egerunt iam ætatem à pueris epileptici ob ea quæ dicta sunt nullatenus curantur:ab hac enim ætate frigidior corpus redditur & à natiuo calido expoliatū magis,minus malum est si hanc ætatem agētes corripiat morbus,nec dum enim in naturam versus curationem recipere potest, & qui hoc laborant malo non primaria affectione sed per consensum (etiam si locus à quo cerebrum primo afficitur lateat)curatu faciliores sunt,cum enim cerebrum ita debile non sit,Prodesse etiā possunt remedia vni

uersalia ad totum pertinentia corpus, ac per inde ad locum primario affectum necessario, vt innuit sententia sequens.

4 *Quibus epilepsia nota est à qua corporis parte initium sumat capite scilicet, latere, manu, aut pede facilius curantur: differunt tamen inter se grauiores enim quæ à capite postque à latere qui à manu aut pede faciles. 2. prorrh. 21.*

Quantum intersit ad curationem, & affectionem, & affectum locũ noscere, vel idiotis est manifestum, sicut & artificibus passiones per consensum faciliores curatu esse quam quę propriæ sunt, & earum quæ per consensum molestant faciliores quæ à longinqua parte, quam quę à vicina fouentur.

5 *Comitiales sideratos aut obliuiosos fore expecta, quibus capitis dolor citra febrem, sonitus auriũ vertigo & vocis tarditas existit. Choa. 175.*

Capitis dolores cum cæteris manifesta signa sunt læsionis cerebri ab humorum crudorum copia, hi merito minantur capitis vitæque ruinam, scilicet epilepsiam, apoplexiam, aut obliuionem, quæ omnia à succis frigidis & pituitosis fieri plerumque consueuerunt.

6 *Quibus dum concutiuntur pus cœnosum & grauεolens prodit plerumque pereunt. Choa. 455.*

Pus

Pus prauum hoc eſt,ſuppuratio autē praua humoris intra cerebrum , aut ratione huius,aut ratione illius aut quomodo cumque ſit malum haberi debet,tam in epilepticis quam in alijs,quid ſi capitis oſſa interna corroſa ſunt(vt cōtingere ſolet)quæ pus reddant malignius?

Comitialibus Vrinæ tenues,& crudæ, præter morem ſine repletione, morbi inuaſionem ſignificant,tū aliàs tum ſi dolor aut conuulſio in ſummū humerum aut dorſum incidat aut corporis torpor aut turbulentum inſomnium viderit. Choac. 681. 7

Vrinæ tenues & decolores repentis humoris in aliam partē indicium eſſe ſolet vt in phrænitide; quare merito morbi epileptici erit in epilepticis,in acutis vero delirij aut phrænitidis ſignum:ſine repletione inquit quia quæ à cauſis euidentibus cōtingunt ab arte reijci debent vt aliàs dictum eſt,cætera omnia ſigna futuram epilepſiam arguunt (etſi non eodem gradu)quorū poſteriora in priore priora in poſteriore collocanda fuerant.

Vertigo.

QVos vna cum doloribus vertigines corripiunt,malum ægrè ſolubile, & furioſum exiſtit ſenibus hoc maxime contingit. 2. prorrh. 39. 1

In quouis dolore ſi diligenter attendatur nec timor nimius, nec ſecuritas nimia habenda eſt,ait Galen.3.Epid.parte.3.text. 78.ſed doloris cauſam affectum locum,corporis habitum vires & ætatem & reliqua cõſiderare oportet, quæ quidem clarè & diſtinctè narrat hic Galen. ſed nec vertigines ſunt periculoſæ ex ſeſe,præſertim quæ à vẽtriculo,quare nec capio,quare vertigo cum dolore malum difficile & furioſum protendat.Signa ſunt diuerſi generis,atq̃ue ſi capitis dolor intelligatur eiuſdem erit generis ſignum ſed quod conſtantiæ habet parum.

2 *Quibus in febribus vertigines à principio & capitis pulſus ſunt & vrina tenuis his ad iudicationes vſque febris acceſsionem expectare oportet, quod ſi delirent quoque nil mirum eſt.4.acut.39.*

Forte ſententia hæc in hunc modum valeret (aliàs non teneo) quibus in febribus vertigo, capitis pulſus, vrina tenuis, delirium ſignificant: ſigna enim eiuſdem generis ſunt cerebrum ipſum minitantia.

3 *Vertigines ac ſanguinis fluxus inſuper apparentes,pernitioſæ.Choa.113.*

Si vertiginis cauſa ſit cum præſentia ſanguinis nõ video qua de re pernitioſa vertigo ſit cum ſanguinis fluxu, numero quinto inueniens contrariam.

Febres

Febres vertiginosæ & cum volulis & sine volulis pernitiosæ. Choa. 114. 4

Epilepsias apoplexiasque præcedere vertigo solet, Galen. 3. apho. 17. quare formidolosum symptoma quidem est, sed non ob id pernitiosum, cũ præsertim & ab stomacho pendere possit & criticũ esse signum, hoc quidem nec bonum nec malum sed dubiũ iudicatur, ꝙ de voluulis ait heterogeneũ est.

Vertigines ab initio sanguinis narium fluxus soluit. Choa. 372. 5

Si vertigo adsit in corpore nimis vacuo frigido & sanguine destituto nõ video qua de re fluxus sanguinis eis prodesse possit, quare ne hæc vera est ne ei contraria scripta numero 3.

Vertiginosa caligo, colli dolor, temporũ grauitas aut præcordiorũ distentio fiunt, quibus sanguis è naribus fluxurus est. 1. Epid. parte. 2. text. 55. 6

Resp. verbo hemorrhagia aut narium fluxus.

Vertigo tenebricosa purgatione per superna eget. 4. apho. 17. 7

Quamuis sententia hæc practica potius quam theorica sit, apponi placuit, vertiginosos solis purgationibus curabit Galen. de purgantium Medi. facultate vltimo. Sed ad hanc vertiginis speciem quæ in ventriculo

triculo causam habet accommodatior multo vomitio est.

Sternutatio.



1 *Ternutamenta & grauedines in morbis pulmonis praeire & subsequi malum in alijs morbis exitiosis bonum. 2.prog.49.idem* Choacarum.440.

Sternutatio quomodolibet fiat bona tāquam signum necessario est, virium cerebri fortitudinemq́ue significans, causa tamē mali esse potest, propter quod & merito appellatur mala vt in morbis pulmonis idq́ue modo præcedat modo subsequatur: cū enim pulmo ob substantiæ laxitatem & motum continuum & trahat & humores quoslibet recipiat, magis trahet si ægrotantis humores mouentur ab sternutamento, quod in cerebro celebratur. Et cuius fluxus cerebrum forsitan causa fuit, eadem ratio est de grauedine sed in ea non est motus vt in sternutatione, eadem hæc sententia. Choa.440.

2 *Sternutatio singultum soluit.6.apho.13.*

Etsi singultus conuulsio nō sit, quia nō est passio, musculi tamē ei simillima affectio est ab inanitione à repletione & mordicatione oris

oris ventris facta has duas vltimas caufas tollet fternutamento, nam ab eius violento motu humores facti faciliores expulfioni parantur,ad vehementes fingultus fternuta menta ciere etiam Plato in conuiuio ; ad non ita fortes alia appofuit remedia vt fpiri tus cohibitio & faucium aqua dilutio,quo modo fiat fternutatio.Hippo.7.Aph.51.

Tremor.

Vibus in febribus ardentibus tremores fiunt delirio foluuntur. 6. Aphorifm. 26. iudiciorum libr. & Choacarum. 141. 1

Tam eft hæc fententia verifsima vt fub eat mihi admirari fæpe quare tremores fequatur delirium ita indubitanter cum tre mor folum fignificet neruorum lęfionem & principij corũ cerebri fcilicet, quod quidem plura alia fymptomata fignificant, vt dolor capitis,vertigo,obliuio,ftupor,& reliqua fimilia, quæ non tam certa delirium portendunt tremuit, primo Epidemion parte.3.text.21.Philini vxor, delirauit poft modum, tremuit eodem. text. 30. grauida quædam tremuit Pythion. 3. Epidem.text. 1. omnes hi delirio apprehenfi funt & alij

si qui fucere in Epidemion libris manibus trementes mente moti sunt.

2 *Tremor in lethargo malum.* 5.*Aph*.21.

Si (vt paulò ante aphorismo suprascripto) certissime tremor humoris raptum ad cerebrum significat, merito tremor in lethargo prauum est: indicat enim morbum grauissimum adhuc in principio esse. Deficit sententia hæc, in Theodoro inuenies eam in aphoris. Iacobi Forliuij, & Marsilij cum Galeni commento.

3 *Trementia vehementer finiuntur phrænitica.* 1.*prorh.sectione*.1.*text*.9.

Si in morbis acutis tremores quilibet delirium nunciant merito vehementes portēdent illud fortius & difficilius.

4 *Tremores superuenientes mente ob melancholiam aberrantibus maligni*.1.*prorh.sect*.1.14.

Quibus caput læsum iam est semel alteram læsionem minari, & superuenire malignum esse existimandum.

5 *Tremorem incurrunt phrænitici modico vtentes potu strepitum tentantes*.1.*prorheticorum sectione*.1.16.

Tremoris (vt Galen. 3. Epid. part. 1. text. 20.) musculorum infirmitas causa est, quæ perse esse potest, & per aggrauationem in hac locum sententia non habet, sed in illa

quæ per eſſentiam eſt,& à nimio calore & ſiccitate effecta:potus enim aquę has intemperies corrigit temperatque,ſicut potus defectus cerebri neruorumq́; debilitates gignit,eo quo dictum eſt modo:præterea phręnitici,qui potu liberaliore vtuntur ad oblationes ſe habent melius & dolorem ſentiũt, quę duovalde phrænitìcis non adſunt, quare aberit etiam tremor: at ſi per tremorem aliquanto improprie motum conuulſiuum intelligas facilior res intellectu erit. Quod de ſtrepitu ait,quære apud Galē. qui textum probe interpretatur ſicut & omnia alia.

Cùm tremore linguæ conuulſiones,& voces ipſæ tremeſcentes cum voce clangoſa,vacillationes mẽtis eiuſdem indicant alienationem duritieſque hs praua.1.prorh.ſect.1.tex. 19. 6

Non ſolum manuum tremor in acutis de quo ante actum eſt,ſed & linguæ, & vocis delirium minatur,quia omnium eadem eſt cauſa,læſio ſcilicet neruoſi generis imò magis linguę vociſque tremor quã manuum delirium promittit, quanto illarum quam harum nerui cerebro approximãtur, vacillationes autem mentis non iam futurã dementiam ſed imminentem pręſentemq́; ſignificant, de voce clangoſa licet dubitare

cum hæc nil habeat affinitatis cum cerebro clangor enim ſiccitatem inſtrumentorum vocalium demonſtrat nec vltra ſuum ſignificatum protendit.

7 *Tremulis anxioſis parui iuxta crurem tumores conuulſione ſignificāt aluo malè affecta. Choacarum.* 383.

Melius forte fuiſſet ſententiam hanc intactam relinquere & tãquam ſpuriam contemnere, ſed exercitationis gratia licet dicere quod tremor & conuulſio muſculorum paſsiones exiſtunt & ab vna ad aliam tranſitus facilis, quare hæc duo ſymptomata ab eadem cauſa pendere poſſunt, ſed quod de tumoribus iuxta crurem difficile eſt, vt qui ſæpe ſæpius anxioſis tremulis non ſuperueniant ſatius ergo dictum fuiſſet à tremore conuulſio, vt pluribus in ardentibus qui primo tremunt poſt delirant & vltimo conuelluntur.

8 *Tremulæ obſcuræque blandæ & contrectabiles deſipientiæ valde phrænitica vt Didymarcho primo prorh. ſectione prima text. trigeſimo tertio.*

Non quomodolibet ſed valde phræniticę hę ſunt: contingunt enim non ſimpliciter affecto cerebro, non inquam in diſpoſitione ſed veluti in habitu, hanc etiã in choacarum inuenies.

Tre-

Tremulæ mentis emotiones palpatoriæ Phrænitic æ sunt & dolores circa suram in his mentem emouent. Choac. 83. 9

Si Hippocrat. hæc fuisset sententia nec dolores circa suram addidisset nec ita simpliciter phrænitica hæc esse dixisset: nam nil commercij habet suratum dolores cum phræniticis affectibus,& quando hæ palpationibus comitatur pessimę sunt non vtcũque phræniticæ.

Tremores parui & vomitus æruginosus in perniciosis iam. Choac. 67. 10

Solent vomitus fieri æruginosi etiam cum tremore exoluta facultate ab humore ventriculum mordente & omnia symptomata cessare humore expurgato per os: hoc autem contingit aut morbo leui aut in acuto humore iam cocto aliàs in perniciosis & in principio.

Tremore soluuntur voces interceptiones ex rigore. Choac. 31. 11

Et morte etiam solui poterant si mortis adsint cætera signa.

Quibus tremores conuulsiones facti cum sudore redire consueuerunt, iudicatio euenit vbi super riguerunt super rigent hi prouocati in ventre ardore. 1. *prorh. sect.* 3. *tex.* 13. 12

Hoc vltimum de rigore prouocati in ven-

tre ardore videtur confirmare opinionem cuiusdam Galli viri grauissimi, qui in sua Pathologia probare nititur rigores omnes à partibus ventris manare, sed reliqua priora aut non capio aut falsa omnino sunt: quid enim contrarium magis quam iudicatio cõuulsis sudantibus: conuulsio enim semper malum signum & nunquam bono est causa, quibus ergo tremores in conuulsiones desinunt cum sudore non redire assuescũt sed in mortem progredi, mortuis autem crisis non superuenit nisi illa vniuersalis vltimi diei.

13 *Qui tremuli fiunt ab atra bile mente moti maligne habent. Choac.* 94.

Delirationes quæ cum studio fiunt peiores esse ab Hippocrat. in Aphorismis accepisti (vt ante in verbo delirium dictum est) has autem fieri ab atra bile à Galen. didicimus, vt ab eius cõmentario patet: at vtrunque nos sæpe sæpius experti sumus quemadmodum & Hippocrates & Galenus, experieturque quiuis qui attente opera naturæ contempletur in curationibus.

14 *Tremores lethales vehementer phrenititicis. Choac.* 104

Posset aliquis dubitare quid peius deteriusque habeatur, tremor in phreniticis an phre nits

nitis in trementibus, de quo ita sentiendum sentio, si simul permaneant & tremor & phrænitis, hanc esse periculosiorem, nam superueniente tremori phrænitide malũ assurgit & augetur, superueniente autem tremore phrænitidi decrescit, minus enim graue est tremere quam phrænitide corripi, quare per tremores motus conuulsiuos intelligere hic par est, qui motus phreniticis & praui & frequentes sunt.

Quibus in febribus tremores circa iudicationem cessant ijs abscessus suppuratus in articulos doloro sus & vesica dolorosa. Choac. 150. 15

Verbum cessat insinuat, manifesto tremorum pertinaciam in morbo & ab initio vsque ad statum continuitatem, ex quo causam magnam arguere licet atque ex consequẽti non per euacuationem sed per abscessum futuram crisin, si modo vires constant quo autem humor sit decubiturus num ad articulos & vesicam num ad alias partes, ex alijs licet coniectare quæ hic scripta non reperio.

Tremores senioribus in febre fiunt atque sic comparentes fortaßis calculos per vrinam eijciunt Choac. 673. 16

Alicui seni hoc symptoma in febre apparuit cui calculus è vesica excidit, nec digna est

est sententia hæc sentētiæ nomine, quia sententia non casum sed necessitatem & perpetuitatem fere postulat, tremores quidem senibus sicuti & pueris propter animalis virtutis debilitatem facile contingere solent, sed quid habeat cum canculo tremor non video.

17 *Tremulæ affectiones cum morsu ac capitis dolore nigras egestiones significant, ante tales vomitus prodit, & vbi vomuerunt multæ tales insuper detrahuntur. Coac.740.*

Paulo ante dictum quare tremant, quibus oris ventriculi morsus est, & quare etiā vomitus aluique deiectiones eis accedāt nimirum natura stimulata ac quacunque potest expellente, itaque & caput dolere & tremere & vomere & deijcere eos qui stomacho mordentur in vnum coeunt, at quod deiectiones futuræ nigræ sint non capio, quod ab alijs signis hoc petendum censeo, quod autem ait, ante deiectiones vomitus ferri sic in vniuersum est, & verisimile, quia humores sunt ori proximi.

18 *Obtremiscentes linguæ signa non constantis mentis. 1. prorh. sect. 1. tex. 20.*

Vidimus aliquando linguæ tremores quos nec mentis inconstantia comitabatur nec post est sequuta, quod quidē præsertim

con-

contigit conualescentibus, & cibi plus iusto ingerentibus, quorum ventriculi pleni cibarijs caput vaporibus replerant aut humoribus, horũ pars ad linguæ motores neruos fluxit & pars in latus sinistrum quem paralysi occuparunt, nõ est huius loci agere quomodo curati sed vt saluti restituti sint, ad rem redeo & consulo reliqua circunspicias omnia: nam si inter initia acutarum linguę accidat tremor secure ab eo poteris mentis arguere inconstantiam: at si in decidentijs morborũ & in declinationibus veris aut conualescentijs non est quod deterrearis.

Conuulsio.

Spasmo aut tetano febris si accesserit morbum soluit. 4. Aphorism. 57. Choac. 384.

Eadem hæc sententia in libr. iudiciorum Hipp. est verissima, videlicet si febris super ueniat spasmo cum soluit, quoniam manifestum est si ille corripit repente (non præcedente febri) à repletione factum fuisse, quam repletionem febrilis calor cum calidus & siccus natura existat, & igneus (non dico coquet) sed absumet dissoluẽs materiam

crudiorem quæ ſpaſmi cauſa fuit,nā & medicamenta ignea id facere ſolét vt petreleū ſulfur,&c.

2 *Conuulſiones in acutis febribus & circa viſcera vehementes dolores malum.4.Aph.66.*

Abſumit calor febrilis & ardens,no ſolum extraneas humiditates & recrementa ſed & ea quæ ſecundum naturam partibus inſunt, quod ſi id inæqualiter fiat circa neruoſam ſubſtātiam conuulſiones(quas ex ſiccitate dicunt)affert; prauum & fere immedicabile malum : cum ergo collectiue aphoriſmus legi debeat, quilibet viſceris dolor in febri cum neruorum diſtenſione malum erit,modo ille ab inflammatione modo ab intemperie modo ab alia fiat cauſa, ac cum ſola conuulſio,vt dictum eſt. Peſsimum ſit ſymptoma, additus viſceris dolor peiorem morbi neceſſario faciet conditionem.

3 *Conuulſiones aut pauores per ſomnum in febribus malum portendunt.4.Aph.67.*

Melancholicus humor etiam ſi naturaliter regatur & melius à natura gubernetur inculpabilis natura ſua eſſe nequit,qui in febri peior proculdubio exiſtit. Cùm ergo pauores per ſomnum huius humoris redundantiam præſeferant malum portende

re

re par est.Idque modo in capite & cerebro putrefiat quod pessimũ est modo à massa sanguinea vaporibus eleuatis suscitetur,modo etiam quod leuius est ab humoribus in ventriculo contentis vapores dicti eleuentur. Conuulsiones verò in somno fieri rarum est,bene tamen conuulsiui motus, qui à malignitate humorum mordicantium fieri solent, tales sunt atrabiliarij aut biliosi succi.

Conuulsio ex eleboro lethalis.5.Aph.1. 4

Loco exẽpli eleborus positus est,omniscõuulsio ex inanitione procedens ex siccitate est, quæ & lethalis, rationem quære à Gal.

Conuulsio à vulnere pernitiosa.5.Aphcris.2. Choac.385. 5

Periculosa & hæc conuulsionis species est,etiam si ab inanitione non fiat sed à repletione: nimirum dolore inflammatarum partium,& calore trahente,primo partes vlceratæ,aut vulneratæ conuelluntur, & post cerebrum ipsum sympathia lędunt ac contrahunt.

Conuulsio,aut singultus à copioso sanguinis fluxu mala.5.Aph.3. 6

Conuulsio passio masculi est & cum os ventriculi musculosum non sit conuelli minime dicitur,sed quia neruosum est simile

quid conuulsioni patitur & ab eisdem causis à repletione scilicet, & inanitione aut à re alia mordente. Quare singultus sicuti & cõuulsio (eadem enim ratio est, vt dixi) à copioso sanguinis fluxu erit lethalis merito, quia ab euacuatione & siccitate.

7 *Conuulsio aut singultus ab immodica purgatione malum. 5. Aph. 4. & 7. Aph. 25.*

Vniuersalis hæc sententia est, cuius exẽplum fuit sententia quarta huius. Eius causa generalior satis supradicta est, quod si specialiorem desideras quęre à Galẽ. 7. Aphorism. 25.

8 *Qui tetano corripiuntur intra quatuor dies intereunt si hos superauerint sani fiunt. 5. Aphor. 6. & iud. libro.*

Interpretationem quære à Gal. eadẽ hæc sententia est in lib. iud. Hipp.

9 *A sanguinis profluuio conuulsio aut desipientia malum. 7. Aphor. 9.*

Primã sententiæ partem supra satis exposuimus. 2. quęre à verbo delirium num. 6.

10 *Conuulsio, aut tetanus propter ardores vehemẽtes, malum. 7. Aph. 13. Choac. 298.*

Ex inanitione & siccitate hęc est quare & pessima. Dromade vxor die sexto cõuulsionem cum febre passa obijt. 3. Epi. par. 3. tex. 28. obijt & Phylini vxor. 1. Epid. par. 3. text. 21.

21. conuulsiones . 4. die Phylistæ obijt. 5. hæc in acuta febri,& 3. Epid. part. 3. tex. 87. obijt mulier Cyzi 3. Epidemion parte. 3. text. 84. conuulsiones (ait Hippocr.) multæ primo die, morosę cuidam fœminæ in acuta febre, quæ liberata est. Sed aduertendum (quoniam ait primo die) à siccitate non venisse eas sed à repletione; & quoniam ait multæ non conuulsiones fuisse veras sed conuulsiuos motus. 1. Epidemion parte. 3. text. 30. grauida quædam etiam cum conuulsionibus liberata est, at fœminę (prægnantes præsertim) expositę sunt sicut & pueri conuulsionibus quas possunt magis tanquã morbos proportionatos contemnere. Quid quod Cherion. 3. Epid part. 2. text. 2. conuulsionem passus sanitatem adeptus est? an hęc etiam ex repletione? sic existimo quoniam inter initia morbi tertia scilicet die contigit. Nec tamen volo has conuulsiones securas esse sed periculosas minus quã eas quæ ex inanitione procedunt.

Quæ conuulsorio morbo exacerbantur stupefactoria sunt. Choac. 111. 11

Quæ febres in exacerbationibus motus habent conuulsiuos exacerbari conuulsorio modo videtur mihi significare. Quod autẽ ait stupefactoria sunt non teneo.

12 *Conuulſio in febre fiens, & eadem die deſinẽs bona eſt. Choac.169.*

Sicut bonum tanto eſt melius, quanto diuturnius, & malum tanto minus, quanto breuius.

13 *Conuulſiones antea non cognitæ in ſtrangulatis ab vtero faciles ſunt. Choac.380.*

Facile fœminę conuulſionibus corripiuntur tum ob earum debilem neruoſam naturam, tum ob vteri communionem, à quibus facilius liberantur, & quia facile in eas incidunt & quia affectus per conſenſum leuior exiſtit, hoc de conuulſione intellige à repletione aut mordicatione: nam quę ex ſiccitate multo eſt difficilior quia non proportionata. Hiſtoriæ ſunt apud Hipp. vt paulo ante retuli cuiuſdam grauidæ quę & liberata eſt, & moroſæ cuiuſdã fœminæ quæ etiã euaſit, retuli etiam ex Hipp. Dromade vxorem, Phylini, & Cyzi obijſſe, Cherionemq́; liberatum, tamen in vniuerſum verum eſt periclitari à conuulſionibus fœminas minus & vt ſententia tenet pręſertim ab vtero manantes.

14 *Conuulſoria ſine ſudore ſputa defluentia in febri leuia ſunt. His alui humectantur & forſan ad articulos. Choac.381.*

Conuulſiones ſputis comitatæ (forſe) exinanitione

nanitione & ficcitate nō fieri verisimile est quare non ita periculosæ erunt, præsertim si sine sudore sint, hic enim & tāquā causa & tamquā signum malū est, corpus reddit siccius & agonem & dolorem demonstrat. Sed nec humores conuulsionē ex repletio ne facientes, bene per sudores soluuntur, quia crassi. Quod de alui ait humectatione, & abscessu ad articulos nullam affert necessitatem.

Quibus conuulsis oculi intente relucent, nec apud se ipsos sunt, & diutius ægrotāt. Choac. 382. 15

De catalepticis sermo hic proculdubio est. Sed qui veritatem nullam habet. Qui nā que catoche aut catalepsi laborant intra se sunt quandoque, vt videre est apud Galen. 1. prorheticor. sectione. 2. text. 56. nec etiam diutius ægrotare necesse est, casu hoc contigit: sententia autem esse debet ex his quæ fere semper saltim. Quod autem fere semper contingit contrarium est, videlicet malum hoc cito finiri aduenireque repente hominibus aliâs valentibus: periculosiorem lethargo affectum hunc, dicit Aetius, existere que in febribus similibus eis quæ in lethargo reperiuntur.

Quæ conuulsorio modo exacerbantur cū stuporis detētione abscessus iuxta aurem excitant. 383. 16

Iam

Iam non hic vt supra. 14. stupefactoria esse quæ conuulsorio modo exacerbantur ait: sed quæ sic exacerbantur cum stuporis detentione, quasi talia cum stupore & sine stupore esse posint, quod autem hæc nata sint abscessus iuxta aures excitare non eō inficias (etsi hucusque obseruauisse me nō memini) siquidem signa omnia cerebri affectum significant ab humoribus frigidis, & crudioribus, quos in vicinas adenes expellere natura solet.

17 *Conuulsio in febri fiens pernitiosa, minime vero pueris. Choac. 386. & 1. Epidemion. part. 2. ad finem.*

Conuulsio in febribus, eam quę ex inanitione est minatur hæc periculosa viris, in puerisque magis erit, quia improportionata affectio: quare non hoc documentū de spasmo à siccitate agit sed de eis qui à repletione aut mordicatione, in quos incidunt pueri facile propter neruorum humiditatem & debilitatem: confirmat Hippocrat. tertio Aphorismorum. 25. & Galen. 1. Epidemion parte. 2. text. 57. &. 24. pueris ait, circa criticas afflictiones, plerumque conuulsiones, & rursum Hippocrates. 3. prognosticorum. 34. conuulsiones pueris, &c.

Seniores septem annis in febre non corripiuntur conuulsione, sin minus perniciosum est. Choacarum.387. 18

Confirmat priorem sententia hæc quasi dicat: pueri ante septimum annum conuulsionibus corripiuntur in febribus à repletione & non est periculosum, si vero post perniciosum, quia aliquanto sicciores facti conuulsioni ex siccitate sunt obnoxij.

Conuulsionem soluit febris superueniens acuta, si vero fuit antea eadem exacerbata, prodest & vrinæ transitus vitri speciem referens copiosus, & alui fluxus, & somni. Choa.388. 19

Priorem sententiæ partem explicuimus aliàs, altera præcipit prægressam febrem de bilem fuisse, nec sufficere humores digerere, prodest enim ait exacerbata, prodest etiã vrina copia vitrea & alui fluxus, quia copiã vacuant. Prodest somnus, quia coquit, & aliquatenus resoluit, manifestum est agere de spasmo ex repletione.

Repentinas conuulsiones soluit febris & alui fluxus. Choa.389. 20

Et hæc supra interpretata sunt: dum repentinas ait, manifesto eas quæ ex repletione fiunt intelligit de repente aduenire solẽtes, quæ enim contra exinanitione non repente, sed sensim & paulatim fiunt.

21 *In conuulſionibus vocis interceptio diu durans mala, parua autem aut linguæ ſideratione̅ aut brachij, aut deſtrorum ſoluitur vrinis multis & ſudoribus paruis, aceruati vero ſi fiant ſudores, itemque ſanguinis detractiones exacerbatæ lædunt. Choacarum.*390.

Require verb. vox.

22 *In tetanis & opiſtotonis ſi maxillæ ſoluantur lethale eſt. Choa.*391.

Vitæ præcipuum inſtrumentum maxillæ ſunt, quod ſi hæ officio ſuo defungãtur lethale merito dici poteſt, idq́ue modo ſolui ſignificet paralyſi affici, modo ſpaſmo teneri (quoniam conuulſis contraria pars ſoluta apparet.)

23 *In opiſtotono ſudare corpus diſſolui, reuomere per nares clamare nugari, ſi vox intercepta ab initio, ſtatim mors.*393.

Manifeſtum eſt ſigna hæc diſiunctiue, & ſeorſum intelligi debere, nam cum aliqua contraria ſint, ſimul eſſe non poſſunt. Conuulſio ergo cum natura ſua ſymptoma periculoſum, & à lethali affectu pendens ſit, non mirum eſt ſi quolibet alio ſigno malo adiũcta periculoſior exiſtat.

24 *Opiſtotonos febriles vrinæ genituræ ſimiles ſoluunt. Choa.*393.

Eſſe citra febrem, & cum febre exiſtere affectio

affectio hæc poteſt,cum & morbus,& ſymptoma ſimul,aut fere ſimul inuadunt(febrẽ inquam cum conuulſione)quo tempore ille huic remedium fert (vt ſæpius iam dictum) quod ſi cum hoc vrina ſit alba,& craſsior ſolito ſpes ſalutis certior merito,expurgantur enim per vrinam humores craſsi crudi & frigidi,qui conuulſionis cauſa fuere.

Conuulſiones omnes moleſtæ,& dolores in principio intentos inducunt,& poſt alios commone faciunt.Choa.474. 25

Conuulſio vt ex ſupra ſcriptis patet doloris plena affectio eſt.Dolor autem dolorẽ attrahit & commonefacit,quo id fiat modo quære apud Galen.in lib.meth.13.

Conuulſio in furioſis diſsipationem facit verum difficillime quæ circa thoracem.Choa.533. 26

Si diſsipationem ſpirituum & roboris vt ęquum eſt intelligamus minus in furioſis, & amẽtibus,quam in his qui ſanę ſunt mẽtis ſpaſmus qua ſpaſmus eſt facit,cum enim furioſi dolorem non ſentiant, non ita diſsipabuntur.Dolor namque diſsipationis maxima eſt cauſa,diſsipantur quidem plurimum furioſi à motibus inordinatis, & vehementioribus quos exercent citra delectum non à conuulſionibus reliquum eſt difficile.

Conuulſio in febre, manuum ac pedum dolores 27

 maligni,

maligni malignus, & doloris ex fœmore progreſſus nec genuum dolor bonus eſt. Sed & ſurarum dolores maligni ſunt, mentemque emouent, tum ſi vrina ſubſidentia in medio innatet. Coa. 35.

Qualiter ſit mala cõuulſio in febre iam ante non ſemel expoſitum eſt. De reliquis recurre ad verba eorum.

Deſtillatio.

1 
Eſtillationes, & grauedines in val de ſenibus coctionem non admittunt. 2. aphoriſ. 40.

Sunt affectus, qui in ſenibus meliores fiunt, de quibus Hippocrates morbi cõnutriti in ſenecta re linquunt velut omnes morbi calidi vt arthrides calidę, & alij de quorum vno Hippocrates in aphoriſmo. lib. quibus in iuuentute aluus ſicca ſeneſcẽtibus humectatur. &c. ſunt tamen alij morbi ſymptomataque quę quidem ſenes vel ad mortem vſque comitantur quales deſtillationes & grauedines à cauſa frigidiore, has male vincet extrema ætas frigidiſsima.

2 *Deſtillationes in ventrem ſuperiorem ad ſuppurationem perueniunt intra dies. 20. 7. aphoriſmorum. 38.*

Suppurationem hic non quam dicimus rectam,& à natura gubernatam,sed quamlibet conuersionem in pus aut putredinē intelligit,si natura fortis est,& benignior humor suppuratio fiet,si contra putrilago, aut corruptio potius, idque fiet intra. 20. dies quia venter superior thorax scilicet, & quæ viscera in eo continentur calida valde sunt, nec ferre poterint quin intra hunc terminū aut vincant aut succumbant. 3

Grauedines,& sternutationes in morbis circa pulmones præcedere & subsequi malum.2.progno. 49.& Choa.440. 3

Grauedines etiam (de sternutationibus aliàs dictum est)subsequi pulmonis & thoracis morbos malum est tanquā signum, & vt causa præsertim pulmonis cuius & motus & laxitas & trahet & recipiet humores ab sternutatione motos quo facto eius morbi augebuntur & crescent.

Raucedo cum tussi,& aluo liquida plus educit.Choa.462. 4

Liquidiore aluo humores in asperam arteriam irruentes facti pauciores à natura coquentur expellenturque melius,plus igitur educet , nisi vires nimia euacuatione vētris consternantur.

Minus qui ex capite grauedine, & raucedine 5

febricitant vt arbitror recidiue. 6. Epid. parte. 3. text. 10.

Sic plane obseruatum causam inuenies in verbo recidiua. num. 13.

Palpitatio.

1 *Palpitationes in manibus diuturnæ febris signum sunt aut breuis indicationis in deterius & in his pleraque quæ ad mortem tendunt. Iud. libro.* Sine febribus cõtingunt palpitationes & in reliquo corpore & manibus vel leui ex causa: nil ergo obstat, quo minus in simplicioribus febribus eadem contingant.

2 *Palpitantes per totum an voce destituti moriantur. 1. prorrh. sectione. 1. 29. Choa. 378.*

Interrogans est sententia hæc, & cui ego nec respondere ausim, quod si responsum dedero partem negatiuam affirmabo, præsertim in Chronicis vbi nulla est turgentia.

3 *Palpitantes dolores circa vmbilicum quod mẽtis perturbationem ostendant quippiam habet, circa iudicationem vero his spiritus vniuersus cum vehementi cupiditate penetrat sure quoque dolores in his menti errorem signifi. 1. prorrh. sectio. 1. 35.*

Palpi-

Palpitationes circa ventrem mentis agitationes significare in Chronicis aliquibus, bene verum est vt in hypochondricis contingere solet. reliqua nec vera nec verisimilia apparent quia non cohærent.

Palpitationes ventris cum hypochondrij tensione sublonga & tumente sanguinis indicant eruptionem, inhorrescunt autem hi. 1. prorrh. sectione. 3. 51. 4

Si palpitatio vt apud vulgus solet pulsationem significet, huic dogmati fidere melius possumus, vt dum ageretur de fluxu sang. dictum est.

Quæ ad aurem pertinent.

Aures frigidæ contractæ & lobi earum auersi. 1. prog. 7. 1

Ex corporis extremis vnum aures sunt, quæ facili de causa refrigerantur (distant namque à corde) sed contractio cũ frigiditate pessima est, coniuncta videlicet dispositioni conuulsioni simile, talis etiam est loborum auersio.

Aurium acutus dolor cum continua, & vehementi difficilis, periculum enim delirij mortisque imminet, 2

imminet, quia igitur fallax hic locus eſt, cito etiam animaduertere alia indicia à primo die oportet. 3. prognoſticorum. 13.

Inter tunicam auditorium porum ambientem, & meningem craſsiorem à cerebro (præſertim, à meningibus) irruere ſolet humor qui calidus & acer inflammationem & cum ea vehementiſsimum excitat dolorem moleſtiſsimumque, & præ moleſtia, & vigilijs timorem Medicis & ægris impo nentem, ſed re vera (etſi cum febri ſit magna & continua) raro ex ea periculum promittur, cum ſæpe ſæpius materia in pus verſa membranamque auditorij rumpente, foras per aurem defluat, quo defluxu & dolor ceſſat, & periculum (ſi quod erat) vitatur. Hac ratione ait Hippocrates alia ſigna conſideranda eſſe. Nimirum quia locus fallax eſt, eſt tamen verum quod de eo à nobis dictũ & millies obſeruatum.

3 *Iuuenes. 7. aut citius interimuntur, febres autẽ & delirium minus ſenibus contingunt, quare tardius pereunt, & aures antea ſuppurantur, ſed recidiuæ horum plures interimunt, iuuenes vero prius quam ſuppurentur. Si ex auribus pus effluat candidum expectari poteſt natu minorem conualiturum ſi aliud eſt ſignum bonum. 3. prog. 14.*

Expoſitos fateor periculo magis iuniores (ſi quod

(ſi quod eſt)ob rationem à Galen.traditam conualituros ſi eis pus effluat, nec paſſuros recidiuas,vt ex verb.recidi.num.4. Sed & alia ſigna conſiderare iubet,ex quo conſtat quantum in ſe agitur nec periculoſam, nec ſecuram affectionem eſſe,ſi quidem ad præſagiendum ex ea quicquam alia poſtulauit in ſuperiore ſigna,& alia in præſenti ſententia quærere iubet Hippocrates.

*Auris dolor pertinax cum acuta, & alio quodam maligno,iuuenes.7.die occidit,& citius delirio correptos, ſi non multum pus ex aure fluxerit nec aliud quodam bonum compareat,ſeniores tardius,& minus tollit:nam & aures ſuppuratione præuenıunt,& minus delirant: verum multi recidiuãt ex his & pereunt.*Choa.205. 4

Sententia hæc eadem eſt quæ ſecunda & tertia ſimul ſumpta, ſupereſt quod de recidiua & morte ait.

*Aures frigidæ & pellucidæ,& contractæ perni tioſæ.*Choa.208. 5

De auribus frigidis & contractis ſupra, quid autem per pellucidas dicat autor non intellig o niſi admodum extenuatas vt pelluceant.

*In auribus ſordes dulcis mortifera,amara vero non.6.Epid.parte.5.text.*19. 6

Ex corporis excrementis aurium ſor-

des rarißimæ à Medicis in conſiderationem accipiuntur,quare ab earum ſopore minus ſignum habebitur.Sed nec cerebrum ſubſtantiam habet aptam colliquationi vt dulcedinem ſordium à cerebri colliquatione fieri exiſtimemus:quod ſi vis à colliquatione vicinarum fieri partium peßimumq́ue eſſe ſit vt vis guſta ac prædicito.

Quæ ad ſonitum.

7 Q*Vibus aurium ſonitus cum caligine (in ardenti) proueneritque in naribus grauitas mente aberrant ob melancholiam* 1*.prorrh.ſectione*.1.18.

Audituris de ſurditate ſermo prius ſe offert de auriũ ſonitu tinnituq́;, qui via ad ſurditatem eſſe ſolet,cum ergo hic in ardentibus exiſtit(idq́ue modo adſit narium grauitas modo abſit)delirium portendit, quod ſi caliginoſa,& obſcura oculis appareant melancholicum merito erit,at ſi non obſcura, ſed ſplendida obuerſentur poteris ſanguinis fluxum expectare non grauitas in naribus ſuadet, & aurium tinnitus, non renuit.

8 *In ardentibus aurium ſonitus cum viſus hebetudine*

tudine & grauitate ſecundum nares ſanguine non erumpente ab atra bile mouentur. 140. *Choaca.*

Sententia hæc eadem quæ ſuperior ex prorrh. eſt, niſi quod illic caligo hic hebetudo ſcribitur hic additur ſanguine non erumpente illic abeſt. Eſt autem hebetudo ex ſua natura non delirij ſignificatiuum ſed ſanguinis narium in acutis, quemadmodum caligo vomitus, præſertim ſi cum cæteris cohęreant, tinnitus vero quemadmodum & ſurditas inter initia delirium certo futurum ſig. Quod de ſanguine non erumpente ait merito quoniam grauitas narium & hebetudo eruptionem ſignificat (ſicut & ſplendor) quod ſi adſit deriuato per nares malo æger à delirio erit liber.

Tinnitus & ſonitus in acutis lethale. 209. *Choacarum.* 9

Ex his qui hoc ſymptoma patiuntur alij cymbala audire ſibi videntur, alij flumina per loca anguſta & petroſa, alij ventum violentum nimis, hi non adhuc delirant. At qui aliquatenus mente moti ſunt, non ſimilia ſed eadem pertinaciter aſſeuerant, quod quidem merito lethalis habetur in omnibus, in non delirantibus phrænitidem ſignificans futuram, in delirantibus adhuc futuram grauiorem.

10 *Sonitus aurium cum visus hebetudine & narium grauedine mentem emouet & sanguinem fundit.*210.

Sententia hæc disiunctiue legi oportet, vt & vera sit,& primis duabus non sit contraria:habeat ergo, mentem mouet aut sanguinem fundit.

Quæ ad surditatem.

11 *On audire imbecillo iam corpore in limine mors*.4.*aphoris*.49.

Solent ægri dum morbo aliquo extenuantur audire magis, ita vt mirentur homines, quod quidem fit ob spirituum tenuitatem & instrumenti purgati subtilitatem. At quando his sic habentibus non audiunt,prostratę maxime naturæ signum est,cui statim mors succedere solet.

12 *Quibus per febres aures obsurduere,his sanguis è naribus profluens aut perturbata aluus morbum soluit*.4.*aphor*.60.

Quibus caput plenum est magis quam oportet,offendi solent, & in externis sensorijs sicut & internis,pro membrorum viribus, & loci vicinitate,respectu partis mittentis: contingit sæpe vt ob eam rationem

auditus

auditus actio diminuatur. Si ergo causa sanguis sit, sanguinis fluxu à naribus deriuabitur, si alius, à sanguine humor, frequentibus deiectionibus reuelletur.

Surditas, ant sanguis multus è naribus, dolorem fortem in locis inferioribus soluit. Iud. *libro.* 13

Inferiora sunt quæ infra iecur aut renes, quibus dolore molestatis rara est narium sanguine leuatio, & rarior surditate, quod si hoc aliquando contingat non affectionis solutio dicenda sed in peiorem & periculosiorem multo translatio (loquor in acutis & in eorum initijs) in phrænitem inquam.

Quibus in febribus aures obsurduere non soluta febre insanire necesse est. Iud. *libro.* 14

In acutis duobus temporibus obsurdescere ægri solent, aut inter initia, quod quidem malum est, & repentis ad caput humoris signum, indeque aliorum grauium symptomatum: aut in declinatione, & iam finiente aut finita febre, quod quidem signum est, fecisse naturam abscessum in meatu auditorio, & hoc optimum est. si ergo extra hoc tempus surditas contingat delirium proculdubio significabit, ob ea quæ primò dicta sunt.

Surditas, Vrinæ quæ absque residentia perru 15

bræ & sublimæ petentia mentis aberrationem portendunt, quibus morbus regius malus mala ex eo fatuitas. 1.*prorrh.sect.* 1.31.

Non surditas & vrinæ tales delirium portendunt, sed surditas sine & cum talibus vrinis propter ea quæ supra à nobis dicta sunt, surditatem scilicet in principio malam esse & delirij significatiuam ob eandem etiam rationem & icterus, nimirum quia ante morbi coctionem vt infra dicemus, & supra diximus in sanguinis eruptione, ex Hippocrate decretoria non statim appareant.

16 *Surditas in acutis turbulentis mala.* 1.*prorrh. sectione.* 1.32.*Choacarum.* 206. 6.*Epid.parte.* 5. *text.*13.

Turbulentiæ raro aut numquam in declinatione fiunt sed in augmẽto, aut statu: quare ex his quæ diximus constat huius sententiæ veritatem, nam etsi Epicratis vxor. 1. Epid.parte.3.text.22.obsurduit adhuc turbata, tamen non æque vt antea perturbata fuit post surditatem, quæ iam declinato morbo superuenit. Quod si inter initia contigisset proculdubio & phrenitis aut deliriũ. Vt Clazomenio eodem.tex.27.qui cum à principio obsurduisset, quarto die desipuit, & Hermocrat.qui mox obsurduit, quinto delirauit, & Phylistæ.

Phyliſtæ.2. ſurditas eodem circa meridiem inſaniuit.

Surdis manſuetæ parotides fiunt tum aliàs tum ſi anxioſum quippiam ſuperuenerit & comatoſis magis.1.prorrh.ſectione.3.66. 17

Non de his qui inter initia obſurduere ſermo hic eſt,tales enĩ phrænitides excipiũtfere ſemper vt modo probauim⁹ ſed de his qui in declinatione ſurdi facti ſũt quib⁹ ſi parotides contigerint mãſuetæ proculdubio erũt, nimirũ diuiſa materia in duos abſceſſus,quorũ alter eſt ſurditas,alter parotis, nec obſtat ꝙ de anxietudine ait vt quę criticas expulſiones anteire ſoleat,ſic in bonũ vertetur ſentẽtia hæc quæ ambigue ſcripta eſt, ꝙ ſi ad malũ vis interpretemur finge ſurditatem nõ in fine ſed initio morbi parotidasq́; mãſuetas paruas& pituitoſas,comaq́;in augmẽto eſſe.

Surditas & coma in capitis dolore parotidas nuntiant ſect.3.1.prorrh.70.71.72.73.74.75.76. de parotidibus. 18

Proxima ſuperiori ſententia hoc explicatũ iam eſt.Surditatem ſcilicet ſolius delirij inter initia ſignificatiuum & comatoſis parotidas ſolere contingere.

Surditas in febribus aluum ſiſtit.207.Choa. 19

Quibus ſurditas adeſt ſuperuenienti bilioſa deiectione ceſſat,& contra,translata enim materia

materia à vētre ad caput: hoc fieri solet, occupante ergo superiora inferiora relinquere par est.

20 *Quibus surditas cum capitis grauitate, & præcordij intentione, & ad splendorem turbatio, sanguinem fundit.* 211.

Grauitas capitis, præcordij intentio, ex significātibus sanguinis eruptionē sunt signa, surditas nequaquā, sed (vt dictū est) delirium, ad splendorē vero turbatio viriū animaliū infirmitatē significat solū, modo ea per essētiā modo per aggrauationē fit. Forte splēdores ante oculos dicere voluit, qui quidē etiā ex portendentibus narium fluxū existunt.

21 *In acuta aures obsurdescere furiosum est.* 212. *Choacarum.*

Et hoc etiam nimium est in hac sententia quod furiosis signum apposuerit surditatem, cum surditas ex sua natura humorum raptum ad cerebrum significet, quod prope semper in delirium finitur, erit autem hoc mite, aut furiosum pro humoris in cerebrū irruentis natura.

22 *Valde surdi, in accipiendo tremuli, linguam resoluti, torpidi, malum.* 213. *Choac.*

Surdos & tremulos eo modo quo suis in locis iam dictum est phrænitides excipiunt, aut saltim deliria, hæc aūt à signis significata

peiora

peiora multo sunt quã quę repente ingruũt cum hæc vel leui occasioni contingere valeant: semel enim delirare in acutis non admodum absurdum est. Sed cum ante significatum est, non semel delirare solent nec ex leui causa, sed ex grauiori, linguam resolui & torpore corripi item malum est, præcedere etiã hæc solent cerebri grauissimos morbos vel absque febri, vt apoplexiam epilepsiam, &c. Sed huius sententiæ signa in acutis tenere oportet vt omnia prognosticon & pleraque reliquorum librorum.

Accedente ægritudine surditas & vrina sub 23
rubicunda subsidentiam non habens, sed id quod in medio innatat mentem emouet. Choac. 214.

Verbum accedente testatur rei difficultatem & surditatis malitiã, significat enim accedere idem quod incipere.

Ex surditate ac torpore de naribus aliquid 24
stillare habet aliquid difficile; vomitus his conuenit & alui turbatio. 226.

Si eruptio copiosa fuisset etiam si vt signum malum sit vt causa bonum esse posset, sed quia parua est mala vt signum est, nec vt causa bonum, vomitus autem & alui turbatio tanquã vacuationes naturæ symptomatis conuenientiores (hoc enim reuulsiuum illud deriuatium cacochymiæ) procul-

dubio bona eſſent ſaltim tanquam cauſa.

25 *Ex ſurditate leniter abſceſſus poſt aures tum aliàs tum ſiquid nauſeæ accedat. 227. ſoporoſis magis. 228. Choac.*

Supra tex. 12. hæc ſententia lata eſt, deficit ei, ſupereſt huic ſi nauſea accedat. Parum autem cohęrētiæ hoc habet ſymptoma cū illo niſi velit quis dicere materiæ partem in ventriculum decumbentem mitiores facere parotidas.

26 *Surditatem ex febribus ſanguis è naribus ſoluit, itemque alui turbatio ſoluit. 229. & 319. Choacar.*

De hoc ſæpe ſupra dictum eſt.

27 *Surditas in acutis mala poſt ſanguinis eruptiones & nigrorum egeſtiones. 262. Choac.*

Sanguinis eruptiones in acutis inter initia prauę ſunt nigrorum egeſtiones peiores ob eam quæ toties dicta eſt, cauſam, ſed his ceſſantibus ſurditatem ſuperuenire peſsimū eo. Quod membrum maximè principale humor occupet, & minus præcipua deſerat, quod ſi in declinatione contingat bona, vt dictum eſt, ſurditas erit.

28 *Quibus ſurditas adeſt ſuperuenientibus bilioſis defectionibus ceſſat & contra. Aphoriſm. 28. libr. 4.*

Galen. reſpice, ille tibi melius interpreta

bitur

bitur,quæ enim Gale. pulcherrime cecinit, non eſt noſtrum vllo modo tangere.

Quæ ad parotidem.

PArotides malæ in anxioſis quibuſdam vigilā tijs. 1. prorh. ſect. 3. 64. 29

Quaſi nil dixiſſet libri autor, mihi videtur,parotides namq; abſceſſus ſunt quos natura ferre ſolet,& qui natura conferre ſolent,& non ſolent,idq; tam inuigilijs quam in comatoſis affectionibus,quod de anxietudine inquit etiam cōmune eſt eam antecedere tam ſalubres affectus,quam mortales,cum enim naturæ expulſio lucta quadā pugnaque fiat rationi conſonum eſt eam in opere moleſtari, quemadmodum in acceſsionibus criticis ſolet.Concedo faciliores criſes quanto anxietudines minores.

Iuxta aurem tumores in longis praui ſunt. Choacar. 112. 30

Nec hoc video quare verum eſſe poſsit cum nulla ſit naturæ expulſio adeo praua quæ ſi bene fiat non poſsit eſſe bona,niſi velit longitudine morbi adeo eſſe hominem debilem vt dolorem,& afflictionem quam ſecum ferre ſolent parotides,ferre nequeat quin ante reſolutionem, aut maturationem

succumbat,quo casu deberet sententia esse talis parotides admodum debilibus lethales?

31 *Magnus circa aurem tumor perfrigeratis cum præcordio intento. Choac. 116.*

Concursus hic fuit quem autor libri vidit forte & non bis: nam nec perfrigeratio, nec hypochondrij intentio (quidquid per ea sentiat) quicquam habet cum parotide.

32 *Quæ circa aurem dolorosæ excitantur periculosæ. 216. Choac.*

Parotides omnes fere in acutis præsertim quæ nimis dolorosæ sunt suspectæ esse debent,quod propter dolorem vigiliam accersunt,& hæc ambo sanguinem corrumpunt, materiamque morbo præstant. Sed ex eis quædam sunt securę magis,quæ scilicet cũ signis fiunt coctionis. Sententiam Hippocrat. sequentes coctiones celeditatem iudicij, &c.

33 *Rubores circa aurem ex progresso dolore in febribus signum erisipelatis in facie futuri. Sed & conuulsiones ex talibus fiunt cum vocis interceptione ac exolutione. 217. Choac.*

Qua parte corporis dolor ibi morbi sedes quare in febribus in quibus parotides futurę sunt sæpe dolores retro aures præcedunt,quos rubores sequi solent & hos paro

tides

tides: sed quid hoc habeat cum erisipelate, in facie non video, quemadmodum nec cõ uulsiones nisi quod in parotidibus perniciosis molestare solent hęc ambo.

Tumores iuxta aurem ex pluribus graueolentibus cum acuta & præcordio intento tardius excitati occidunt. Choac. 218. 34

Etsi nil habeant affinitatis graueolentes deiectiones & hypochondrij tensio cum parotidibus, tamen beneverum est post copiosum alui graueolentem fluxum, manẽte adhuc acuta febri & præcordij alterius distensione, superuenire parotidam lethale existere, eandemque hominem de medio tollere, aposthemata enim fere semper sunt doloris plena.

Tumores circa aurem leuiter sideratis mali. 219. Choac. 35

Leuiter sideratis parotides & vt signum & vt causa bonę esse deberent, non video quare tamquã prauas eas autor libri dãnat, forte aliquem sic perẽũtem vidit, quod materia tanta esset vt intro contineri non posset à natura, sed quæ intus mansit sufficiẽs fuit hominem de medio tollere.

Tumores circa aurem in longis non suppurantes lethales. 220. Choac. 36

Causa me latet quare in longis tumores

hi non suppurantes, periculosi sint & nõ in acutis, quod si in acutis itẽ periculosi sunt. Trunca satis sententia fuit foretque melius simpliciter sententiam scripsisse. Sed nec in his, nec in illis periculosi sunt. Quid enim obstat quũ materia adeo sit parua eo tempore & crassa aut frigida vt non suppuretur sed sesim paulatimq; resoluatur, quod vidi non semel, quia & apud Hippocr. euasit absque eorum suppuratione. Clazomenius. 1. Epidem. parte. 3. text. 27. itaque non eas suppurari, perniciosum non est, præsertim cum alio posit vergere humor vt per aluum dictionibus, aut per vesicam vrinis crasis, vt Gal. 1. Epidemion part. 2. text. 81. necvt idem eodem tex. 84. easdem suppurari certę salutis signum est, quod si dixeris parotides suppuratas securiores esse frequentioresque & reliquas euacuationes beneficium suppurationis præstare nequire nec eius vices supplere bene tibi annuimus.

37 *Abscessus iuxta aurem submouent tussiculæ cum sputationibus fictes. Choac. 223. 1. pror. sect. 3. 74.*

Parotides ex defluxu cerebri fiunt quod si earum materia alio transferatur velut per sputum rationi consentaneum est aut tolli aut minui, præsertim si morbus per eas declinare inceperit.

Abs-

Abſceſſus iuxta aurem in longis ſuppurati, nõ valde albo & inodoro pure occidunt & maximè mulieres. Choac. 224. 38

Sicut album pus & quam minime fœtidum optimum eſt. Ita contrarium huic peſſimum in horum latitudine multi gradus, qui meliores aut peiores erunt. Quo magis ad alterum eorum declinarint, quod de mulieribus ait, forte quia debiliores ſunt natura ſua. Quamuis experimento cõprobatum eſt ſępius à periculoſis liberari morbis quã viri & ratione confirmatum quia plura habent ad euacuationes loca.

Abſceſſus iuxta aurem ex acutis ſi non iudicauerint, & matureſcant aut ex naribus ſanguis effluxerit aut vrinæ ſubſidentiam craſſam habuerint ægri pereunt, plerique verò talium tumorum antea propulſantur: verum conſiderare oportet ipſas febres ſiue augeſcant ſiue remittant atque ſic pronuntiare. 225. Choac. 39

Dictum ab Hippocr. eſt, iudicatoria quæ non iudicant mala eſſe, ſic & parotides, & ſi contigerit eas morbum non leuaſſe, aliquam aliam euacuationem defectũ ſuppleri debere, fiet ſupplementum aut ſuppuratione eorum aut narium fluxu aut vrinæ craſſæ mictione. Sed ſtatum morbi conſiderare iubet tanquam normam omnium

vacua-

vacuationum criticarum: quæ enim in principio sunt prauæ, quæ in statu bonæ, quæ in augmento mediæ in declinationibus paucæ fiunt; quod morbus iam paruus factus est & iudicantur quæ magna.

40 *Quibus secundum aurem iudicationis tempore genita non suppurauerint his inanitis reuersio fit, &c. 6. Epid. part. 4. tex. 1.*

Ab hac sententia forsan illud vulgare est tum medicis tum magis cæteris, tumores resolui malum esse maturari, & in pus verti bonum. Sed de hoc supra: securiores quidem sunt nec ita reuersoriæ suppuratæ. Suppuratio namque recidiuam non admittit, vt aliàs dum de suppuratione agetur, & iam actum verbo recidiua.

41 *Parotides paraplecticis vitiosæ. 1. pror. sect. 3. 65.*

Hæc translata est ab ea quæ ex choacis scripta est ante n. 35. aut ab hac illa, eo te cō fer si amas nostrā sententiā videre, & si plures huius rei respice prorrh. sect. 3. à nu. 70. ad finem, & Choac. 135. 147. 221. 222. 315.

Frons.

1 

Rontis cutis circumtenta & arida exitiosa. 1. progno. 3.

Quę affectio musculis cōuulsio dicitur cuti tēsio appellatur, quod si ariditas con-

cõiũgatur quasi spasmus erit exinanitione.
Frontis contractio ex his phrænitidis signum: Choac.234. 2

Dixerat ante libri autor faciei bonus color & toruitas in morbo acuto malum est, nunc addit frontis contractionem in eis phrenitidem indicare & merito: nam torue intueri & frontem corrugare non est hominis mentis sanæ: loquor in acutis.

Tempora.



Empora collapsa exitialia. 1. *progn.* 3. 1
Causas procatharticas cum ipso Hippocra. deme & alia coniunge signa vt posis certius predicere, hoc tamẽ signũ quãtum ex se habet minatur mortẽ.
Num & iuxta tempora ossium diruptiones conuulsoriæ sint. Choac. 204. 2

Et arteriæ & venæ magnæ & nerui nõ pauci tempora componunt: quare non licet dubitare in ossis eorum diruptionibus periculũ fore conuulsionis manifestum, sicut in venarum & arteriarum ruptionibus hæmorrhagias periculosas non obscurum.
Quibus tempora secantur conuulsio ex contrarijs sectioni partibus oboritur. Choac. 3

Hanc sententiam non memini me legisse in codice meo, legi tamen apud codi-

cē Olerij aph. 1. ſectionis eius tertiæ: ſcio tamen hoc eſſe certo obſeruatum & inter chirurgos de cauſa pugnatum valde ſuper lib. de vulneribus capitis, quod ſi meam imaginationem ſcire amas hæc eſt, in capitis vulneribus ad totum caput trahuntur humores illi qui ad partem vulneratam cōfluunt partim in vulneris tumorem partim in ſanguinem qui à vulnere fluit partim in pus in quod ſanguis vertitur reſoluuntur qui verò ad partem ſanam decurrunt nullum habent canalē quo defluant: reliquū eſt, vt aut cōuulſionem aut reſolutionē efficiāt, quod ſi quādo ſuper hac re contrarium iudicium feci ab illo me abſtineo & hoc amplector.

Quæ ad maxillam.

1 *Dolores vehementes circa maxillas periculum eſt vt ad oſsis corruptionem deueniant.* (hoac. 267.

Vehementes dolores experieris in maxillis & circa maxillas qui breues cū ſint & à materia tenui facile ſoluuntur abſq; ſphacelo oſsiſue corruptione: ſed qui chronici ſūt ſuſpicionem exhibent alicuius ſuppurationis, & ſuppuratio circa maxillam eiuſdem corruptionis, oportet ergo addere ſententiæ longitudinem & continuitatē doloris vt vera ſit

rà sit, quoniam doloris inhæsio inhæsionem humoris in periostio mandibulæ demonstrat, qui ossi maxillari cõmunicatur facile.

Maxillarum solutio in tetanis & opisthotonis lethalis. Choac. 391. 2

De hoc documento memini me egisse in verbo spasmo n.26. eo loco inuenies quãtũ vitę interfit maxillarũ naturalis motus aut saltim aptitudo ad eũ, stirpes namq; vt quæ terrę affixę sunt vtũtur radice ad trahendũ è terra alimẽtum suũ: animalia vero quę nõ ei affiguntur opus habẽt aliorũ instrumẽtorũ ad sui conseruationẽ qualia maxillæ sunt & quęcirca maxillas sunt constitutę partes: vt ergo plantæ absq; radicibus, ita animalia absq; maxillis moriantur necesse est.

Quæ ad os.

Hiantem dormire semper, malum. 1. progn. sententia. 13. 1

Debilitatis hoc signũ est musculorũ mandibulã inferiorẽ mouentiũ claudentiũ pręsertim, quod quidem in iunioribus lethale est maximè, in senioribus verò non ita vt qui facultatẽ animalem debiliorẽ ex sua habeãt natura. Sed cõsideratione dignũ quare cũ pueris etiã debilis sit animalis facultas, ac senibus & forte magis raro puerulis hoc cõ

tingat symptoma, absq́; periculo: at forte nō magis sed minus.

2 *Oris hiatus nec aperire nec claudere bene, men*
5 *tis emotionem significat in acutis cum faucium do lore. 1. prorrh. sectione. 1. 11.*

Hiant anginosi, querentes non modo naribus sed ore aerem haurire atque aperire aut claudere os non valent præ dolore.

Quæ ad linguam.

1 *Balbi longo alui profluuio maximè corripiun tur. 6. Aph. 32. & lib. præceptionū ad finē.*

Cerebri excrementa non semper in eādē partē fluunt sed modo intro modo extra & intro modo in pectus modo in vētrē, modo aliàs: quare etsi balbuties humidioris cerebri prope semper signū sit non tamē inde
1 necessariū est humorē à cerebro in ventrem indeq́, in alui profluuiū finiri, omitto quod obseruationis gratia multos ex balbutienti bus (tales autē sunt qui in prolatione dictio nis quasdam syllabas propere quasdam verò cunctantes cum trepidatione proferunt) rogaui de hoc simpt. Qui fere omnes contrariam patiebantur affectionem exist imo apocryphum Aphorism. hunc.

2 *Si repente lingua incontinens fiat aut aliqua*

cor-

corporis pars attonita stupeat signum est melancholicum.7.Aphorism.40.

Galenum maximè miror quod in re ita clara tam obscure sese tulerit, alia quidem signa futuræ rei sunt, vt metus & mœstitia futuri morbi melancholia dicti, alia effectus rei iam præsentis vt linguę mutitas & aliarum partium stupora: nimirum per vnum aut duos dies, homines videbis, aut obsurdescere aut nil prorsus audire, idq; vel ex altera aure vel alterutra; videbis etiã etsi non ita frequenter per vnum vel duos dies repẽte obmutescere, post verò eosdẽ & audire & loqui (omitto ebrios) qua ergo ratione hoc cõtingere poterit nisi flatu crasſiore mẽbrũ occupãte & fũctionẽ impediẽte, qui quidẽ quia spirit⁹ resoluitur, & quia crassus moratur. Tales spirit⁹ ab humore melancholico eleuari magis quã ab alio omnibus notum est, & arte & experimento. Iustisſima igitur ratione affectiones hę aut pręsentem aut futuram melancholiam significabunt eo quo diximus modo.

Qui lingua offendunt & labiorum non sunt potentes si hæc sedata fuerint suppurati fiũt.iud.lib. 3

Quid hæc sibi velit sententia ignoro prorsus, desidero alicuius interpretationem videre, casu credo contigisse.

4 *Si bifida linguæ pars veluti saliua alba obducitur & in summa lingua idē sed minus, si parua hæc sunt ad 3. diem reimissio fit morbi: si vero aliquanto crassior sit saliua in crastinum. Si verò adhùc crassior eadem die deerit, iudiciorum lib.*

Sententia hæc manifestior quidem est sed manifestissime incerta.

5 *Densæ linguæ & aridæ phrænitica. 1. prorrhe. sectione. 1. 3.*

Vltra quam esse Galen. solet solicitus hic est de terminis, modo per dēsam linguā ea intelligatur, quæ vt ipse ait in primo siccitatis est termino (quod rariora esse soleant quæ humidiora) modo aspera scriptum sit eius loco quod secundum siccitatis ostendit gradum (ex tribus quas hoc loci ponit) parum interesse videtur, intererit tamen scire qua ratione densæ aut asperæ linguæ (idem namque fere sunt) & aridæ (quod tertius est siccitans gradus) phrænitidem ostēdant: ego quidem linguas vidi asperas, & aridas etiam sine febri atque etiam cum mitioribus febribus, præsertim his quibus in ventriculo humores continebantur, quod si à ventriculo tales non procedunt, fere semper inter initia malę sunt & ardorem internorum significantes, alia signa consideranda veniunt, quod si attestentur morbi graui-

uitatem minantur affectis, ex quibus plures deliria phrænitidasque accersunt.

Quibus in febribus. 4. die lingua turbata loquitur venterque biliosa deijcit delirium portendit, &c. 4. acut. 54. 6

Loqui turbate neruorum seruientium loquele læsionem indicat: quod si turbationem dicat autor incompositam aut tremulam vocem delirium significatur, vt ante explicatum est: at biliosa fluxio nil habet cum delirio immò vero deberet ab ea extingui reuulsis nimirum humoribus à cerebro, significant quidem hæc excrementa biliosa grauitatem morbi, quia præcocia sunt decretoria, non tamē deliria portendunt.

Lingua quæ in principio inhorruit in colore verò permanet, progressu autem temporis exasperatur & liuescit & rumpitur, lethalis est: si verò valde nigrescat &. 14. die indicationem ferre significat. 255. Choac. 7

Tres hic siccitatis ostendit gradus circa linguam libri autor, nempe inhorruit, hoc est densior fit, exasperatur, & rumpitur quemadmodum terra squaloribus, qui quidem mali sunt & posteriores peiores, ac ingentem ardorem significantes. Quibus omnibus si addatur liuor, peior merito erit,

erit addita ardori mala qualitate quæ per liuorem importatur, idque modo à melancholia modo à caloris natiui mortificatione fiat. Sed ait (quod ego quidem non semel obseruaui) scilicet his quæ ante lata sunt sic habentibus, linguam denique valde denigrari & ægrum à morbo liberari, non bene memini si.14. die, memini tamen vrinam pulsum & reliquia signa spem salutis præstitisse naturamque per aluum effatu digna excreuisse. Vnde vsum mihi fuit reliquum humoris vsti in linguam abscedisse.

8 *Periculosissima nigra est & cum virore pallida.256.Choac.*

Pallidas & cum virore linguas vel sine febre quotidie videmus, quare non sic perniciosas existimo, significantque solummodo abundantiam biliosorum quæ medicamento opus habet. Nigræ verò si cætera attestentur malæ periculosaquæ habentur merito, vt text. superiori dictum est.

9 *Linguam circa bifidam sui partem, &c. (vt in 4.Choac.257.*

De hac sententia text. 4. dictum est, est enim eadem cum illa libri iudiciorum.

Lingua

Lingua citra rationem tenera fiens, & cum ci- 10
bi fastidio nauseæ abūda, cum frigido sudore ex al uo liquida, nigrorum vomituum signum est, lassitu do in his mala. 259. *Choa.*

A frigido sudore in acutis quilibet mali argui potest, cætera videntur nænia.

Linguæ tremulæ quibusdam aluum liquidam 11
quandoque faciunt, denigratæ vero in his celerem mortem significant. 260. *Choac.*

Linguę tremulæ in acutis à delirio excipi solent, quemadmodum de tremoribus suo diximus loco. De denigratis quid sit sen tiendum habet. text. 7.

Num lingua tremula mentem non firmam signi- 12
ficat? linguæ asperæ & resicatæ phrænitica sunt. 61 *Choacarum.*

De his iam dictum est.

Quibus peripneumonicis lingua tota alba ac as 13
pera fit ambæ pulmonis partes inflāmatæ sunt, qui bus vero dimidium vna eaque iuxta quam apparet 441. *Choacarum.*

Et si ad diagnosticam etiam ad prognosticam hæc pertinet, nā ex inflammatione ambarum partium pulmonis periculum maius licet prædicere quod vero ait de demid. partium rectitudinem respicit dextrorum, scilicet cum dextris & sinistrorū cum sinistris.

14 *Linguæ tremulæ quibusdam alui eruptionis futuræ signum sunt.750.Choac.*

Vt labiorum tremor criticum est signũ nil obstat quo minus & linguæ,sed qua ratione alui fluxum potius quam vomitum significet non teneo.

15 *Lingua lotium significat linguæ virides biliosæ,biliosum autem à pingui,rubræ à sanguine, nigræ ab atra bile,aridæ à fuliginosa vestione,& ab vtero, albæ autem à pituita. 6. Epid. parte.5. text.14.*

Lingua vt vrina humores peccantes mõstrat idque propter eius substantiam facile impresssionum susceptiuam,& propter venas manifestas quæ in ea inseruntur. Quod triplici fieri solet via,aut enim colore tingitur nouo,per supradictas venas tali fluente humore,aut ex ventriculo repentibus vaporibus,aut aliunde sublatis,vt Gal.6.epid.parte.5.text.16.atqui humores in infernis partibus contenti linguę colorem non euariant, quod longe distant, & vapores non ita ab eis eleuantur.Cùm vero à superioribus partibus vapores calore moti sunt,& circũ ventriculũ existunt ob loci vicinitatẽ & colligãtiam linguã tingi cõtingit. Lingua ergo humores per colores monstrat,quos colores recipit aut per nutriẽtes venas, aut per tunicã

à ventriculo, aut per vapores calore eleuatos aliunde. Eo modo quo Hippocrates & Galen.rubra à sanguine alba à pituita viridis & similis à bile nigra à melancholia, quod ait de arida abustione fuliginosa,& in febri & absque febri verum habet,nimirum à ventriculo eleuata calida siccaq́; exhalatione:nam à reliquis membris nunquam absq; febri fit,quemadmodum in morbis ab vtero videre est,tunc præsertim cum ardenti inflãmatione tenetur.

Carnes gustanti salsæ apparentes redundantiæ 16
signum.6.Epid.parte.5.text.17.

Sæpenumero ægros de sapore & gustu interrogamus vt de humorum redundãtia certi simus,quo fit vt aliquatenus ex lingua quam ex vrina pulchriorem habeamus significationem, cum ex vrina visu & olfatu nostro percipiamus,ex lingua vero visu nostro & alieno gustu,tum ex colore, tum etiã ex sapore noscimus, siquidem amaræ bilẽ, accidę pituitam,acerbę melancholiam,dulces sanguinem,monstrare natę sunt.

Lingua extensionibus concolor quocirca ex 17
istis succos cognoscimus.6.Epid.parte.5.tex.16.

Secundum exsuperantiam(id per extensiones significari existimo) humorum lingua hoc aut illo colore tingitur cuius colo-

re humores peccantes noscimus, vt aliàs di ctum est. Dictio extensio est hic obscura si nostra non placet sequere Galen.interpreta tionem, qui non ad dominium sed ad locũ vnde confluunt humores rem refert.

18 *Lingua tremula cum rubore iuxta nasum & aluo liquida, si reliqua sine signis sint iuxta pulmo nem malum est & celeres purgationes pernitiosas significat. Choa.258.*

Difficilis hæc est sententia,& quæ OEdi po vaticinatore opus habet,apocrypha m iu dico.

Quæ ad palatum.

1 *QVibus os à palato recessit medius nasus sub sidet quibus vnde nascuntur dentes extre mitas subsidet nasi.6.Epid.parte.1.text.4.*

Quibus os à palato recessit,&c.palati ossa qua parte laringem aspiciunt fulcra sunt quibus illud os innititur quod & nasum di- uidit medio & sustinet medium.Cum ergo palati os recessit medium considere nasum oportet & simitatem effici.Illud idem os ex terius dentes recipit infra supra vero nasi su stinet finem.Si ergo ea parte os recedit na- si extremitas necessario concidet.

2 *Quibus circa palatum humoris collectio fit ple runque suppuratur.Choa.266.*

Raro

Raro tremores ſuppurari ſolent qui ad perioſtia fiunt quod videre eſt & in artithri de & tumoribus alijs a lue venerea, verum tumores qui circa palatum fiunt ſuppurantur: quod etſi pars ea frigida ſit tamen foue tur perpetuo vaporatione calida à ventriculo & hepate aſcendente: omitto quod plures horum tumorum perioſtium non tangunt.

Quæ ad dentes.



Stridere dentibus, in febribus non aſſuetis à pueritia, anſania ſignificatur ac mors, ab vtriſque eſt periculum, ſi vero delirans efficiat ad modum, iam exitioſum eſt. 1. *prog.* 1
17. *Choa.* 262.

In choacis prænotionibus ſic habet ſententia. Dentes collidere, aut ſtridere quibus à pueris familiare non eſt furioſum ac lethale eſt. Iam vero ſi delirans hoc faciat penitus lethale eſt. Hanc lectionem probo magis vt quæ non ſic intricata ſit, ſed manifeſta, oſtendit ſtridorem non aſſuetum in acutis furorem ſignificare, ac poſt mortem: ſed quoniam præcepta doctrinalia etſi prope ſemper veritatem habent aliquando (licet raro) incerta ſunt, ſubdit: ſi vero delirans id effi-

ciat penitus lethale iam est, quasi dicat si ad hoc deuentum est vt æger deliret iam irreparabilis mors est. Vide Hippocratem. 1. prorrh. sectione. 2. 13.

2 *Quibus per febres circa dentes lentor vehemẽtiores sunt febres. 4. aphor. 53.*

Videmus quidem vehementer febricitantes quosdam quorum dentes lentorem hunc non habent. Quod pituitosus humor non adeò exuperet videmus & quosdã valde febrientes & succos habentes crudos (velut lethargicos & alios comatosos) à quibus etiam circa dentes lentor hic abest. Quare nõ necesse febrientibus & habẽtibus simul pituitosos succos competit lentor. Sed quibus cum his duobus, tertium aliud adest. Quod scilicet succus hic lentus in ventriculo exuperet à quo dentes veluti panno quodam cooperiuntur hos (vt sententia tenet) acute febrientes periculosos esse scimus.

3 *Pernitiosum autem est & resicari dẽtes. Choacarum. 263.*

Quemadmodum dolere dentes dicimus (etsi non doleant) quod aliquid intra eos doleat (neru⁹ scilicet) sic & resiccari dicimus (cũ non resiccẽtur) quod aliquid extra eos resiccetur, mucositas videlicet. Quare eadem hęc sententia est cum præcedenti. Significans quod

(quod significatũ) iam est crudi morbi per nitiem & caloris vehementiam.

Ex dentis corruptione febris vehemens & delirium lethale. Choa. 265. 4

Visum est aliquando ex occasione corrupti dentis hominem diaria corripi febri eamque in putridam verti à qua delirium & mors: sed cum hoc casu quodam contigerit non est quod vniuersalis facta fuerit sententia, præsertim cum visum etiam sit à morbo graui & prolixo hominem liberum vnius dentis corruptione tanquam in eum materia morbi abscesserit. Quare quod in alijs toties à me dictum iam est, iterum repeto reliqua signa considerari debere inter quę tanquam præcipuum morbi tempus, quæ enim excretiones inter initia fiunt malæ, post morbi coctionem bonæ esse solent.

Quæ ad gingiuam.

EX gingiuis sanguis ex aluo liquida pernitiosus. Choac. 269. 490. 1

Sanguinolentas videmus gingiuas sæpissimè sine aliqua alia læsione, idque tam febrientibus quam non febriẽtibus, ex quo autem sententia hæc occasionem arripuit, ignoro

ignoro cum aluus liquidior quantum in se est potius est saluti hominibus quam morbo.

2 *Gingiuæ vitiatæ & ora graueolentia his sunt quibus splenes magni. 2. prorrh. prope finem, & Choacarum. 422.*

Nec hoc omnibus nec pluribus competit spleniticis, bene autem verum est quod si eis contigit vitiari gingiuas maligniore quodam vitiabuntur modo quam qui aliter ægrotant propter melancholiaci humoris exuperantiam quo plerumque lienosi abundant.

3 *Circa gingiuam abscessum soluit dentis corruptio. Choacar. 264.*

Eo modo quo tumor delirio soluitur, hoc est quasi quis solueretur à compedibus laneis & ferreis vinciretur peius.

Quæ ad labium.

1 

Eruersio liuorque labij lethalis. 1. prog. 12. mors in limine. 4. aphoris. 49. Choa. 232.

Partis liuor mortificationẽ natiui caloris vt aliàs sæpe diximus significare natus est peruersio aut resolutionem aut conuulsionem: quæ quidem ideo

ideo periculosior quanto vicinior est neruorum origini, cum alijs signis consideranda hæc sunt, nam si cætera mitia aut bona sint (cum possint & liuor & peruersio aliquo casu contingere) nõ admodum obsurda erũt, at si mala reliqua sint hæc pessima erunt, & vt .4. aphorismorum .49. in limine mors est.

Labium contractum alui biliosæ eruptionem 2
significat. Choa. 268.

De labij contractione dictum iam (idem enim quod peruersio supra dicta est) nisi per contractionem tremorem intelligamus, at nõ sic verum habet sententia: nam labij tremor (ita Hippocrates scribit in prog.) vomitum non alui deiectionem significat, labri tremor in acutis delirium portẽdit quemadmodum aliarũ partium tremores, exemplũ est apud Hippocratẽ. 3. Epid. parte. 2. tex. 2. in historia Cherionis.

Quæ ad ceruicem.

Primo prorrh. secti. 2. 41. *sectione.* 3. 3. 6. 20. 1
21. 18. *Choa.* 131. 136. 145. 157. 159. 205.
Hæ de ceruice prognosticæ sententiæ, sed omnes concursus diuersi generis signorum sunt & quæ nil significant certi, quare ab hoc deleri visum est.

Tt Quæ

Quæ ad humeros.

1 *Olores ad summũ humerum & claviculam incumbentes praui sunt his qui exsudare cum præcordij intentione non cessant. Choa. 37.*

Conuerte ad verb. hypochond. numero. 25.

2 *In humeris suppurantia tantulis breuiorem humerum habentes reddunt. 6. Epid. parte. 1. tex. 18.*

Adhuc adultis solet contingere vt ex aliquo casu debili facto membro non sic nutriatur, ideoq; minus germano maneat quãto magis ex eius suppuratione infantibus contingere par est.

Quæ ad cubitum.

1 *Olli & cubitorum dolores conuulsorij. Choacarum. 299.*

Ignoro quare cõuulsorij simpliciter sint dolores hi cum pluries eorum absq; conuulsione videamus: est tamen quod hæ partes neruosa compage tectæ aptæque cõuulsioni sunt.

Quæ ad brachia.

1 *Rachia nimis extenta malum. 1. prog. 14.*

Ad verbum decubitus potius quã ad hoc

ad hoc pertinere videtur: at brachia extenta nimis virtutis languorem, aut cordis anxietudinem significant.

Quæ ad manus.

SI omne corpus graue est item manus ac pedes maiore cum periculo est. 2. prog. 7. 1

Non contemnendum hoc est signum, sed maxime aduertendum, est cum videas semper in morbis grauissimis hanc motus difficultatẽ, signũ aut virtutis prostrationis maximę aut ponderis humorum grauissimi. Excipio delirantes qui etiam si grauiter ægrotẽt leues esse solent suis motibus.

De manuum vero latione hæc nosse oportet qui buscunque in acutis febribus, & pulmonijs, vel phrænitidibus, vel cap. doloribus, ante faciem ferun tur, vel venantur frustra, aut colligunt festucas, aut stamina de vestibus euellunt, vel stipulas de pariete carpunt omnes malos esse atque lethales. 1. prognosticorum. 19. 2

Talis manuum latio periculosa est in his morbis, cum delirij signum sit certissimum, in phrænitide quidem quoniam grauiorem significat, quamuis & ipsa per se satis sit periculosa, in capitis dolore etiam tres affectiones iunguntur acuta febris (quoniam de acu

tis sermo est)capitis dolor, & delirium. In pulmonijs etiam grauissimum est, nam & ipsa sola grauissima, & periculo est plena, quanto magis si addas deliria.

3 *Quibus manus tremulæ capitis ceruicisque dolores subsurdique fiunt & nigra densaque meiunt, his vetura expectare nigra pernitiosum. 1. prorrh. sectio. 3. 3. item in spasmo. num. 31.*

Syndrome hæc est & quæ vt aliæ multæ nil doceat sed casu quodam contigerit.

4 *Manus quoque expectari oportet: nam si tremulæ fuerint huic sanguis è naribus profluet. 4. acut. 57.*

Tremulis manibus vt verb. tremor diximus delirium succedere solet semper in acutis narium sanguis: non ita rationem inuenies loco prædicto.

5 *Qui ad manum exiliunt male habent. Choa. 64.*

Hanc sententiam non bene tenui immo nec male.

6 *Rubores in manibus ac pedibus pernitiosi. Choacarum. 69.*

Solet sæpe abscedere humores etiã sanguinei ad man⁹: quapropter nõ video quare pernitiosi simpliciter dici debeãt rubores tales.

7 *Manuum dolor malignus. Choacarum. 35.*

Nec quare manuum dolor malignus sit comprehendo.

Quæ

Quæ ad fauces.



*Auces exulceratæ cum febre periculosæ, præsertim si aliud signum fuerit prauũ. prog.*3.15. 1

Etiam in signis quæ maximam habent significandi vim contemplari reliqua iubere sæpe Hippocrates quanto magis in hoc, quod quidem adeò graue non est: sola namque faucium vlceratio solũ difficultatem parit etiam in acutis in degluttiendo: si vero cum ea aliud sit prauum signum iam nõ difficultatem solũ habet sed & periculum. Signum enim est humoris praui, & rodentis, aut de cerebro descendentis, aut ex præcordijs in vaporis speciem ascendentis, & causa maior resolutionis virium.

*Angina grauissima est ac celerrime interimit quæ nec in ceruice nec in faucibus cõspicuum quid habet, plurimum vero doloris infert ac spiritus difficultatem, hæc enim eodem die &.2.&.3. &.4. necat.*3.*prog.*16.*&.Choa.*394. 2

Ex spiritus difficultate primo anginæ difficultas aucupatur, quia eo angina periculosa, & ex valde acutis est ꝙ respirationẽ intercipiat magis.2.periculosa est ob doloris vehementiam, dolor namque virtutem soluit & sternit, quæ tales sunt nil habere solent cons-

picuum in faucibus, nec ceruice, nimirum humore intro vergente vt.1.aut.2.aut.3.die necare, aut.4.aptę sint.

Quæ vero dolorem alteri similem infert, attolli
3 *tur vero ac ruborem in faucibus efficit, admodum exitiosa sed paulo longior.3.prog.17.*

Quæ autem angina prædictæ similis est, videlicet, quæ & respirationem intercipit & dolet plurimum, habet tamen aliquid in faucibus cõspicuum, exitiosa ob spiritus difficultatẽ & dolorem, longior tamen quoniã humoris portio extra conuersus suffocationem differet.

4 *Si quibus fauces rubent & ceruix hæ sunt diuturniores maxime ex eis seruantur si ceruix ac pectus rubeant, nec erisipelas intro recurrat. 3. prognosti.18.*

Anginarum alię nil vt priores alię vt posteriores habent aliquid externum. Quarũ vero materia sic à natura exereta est vt fauces ceruix aut etiam pectus rubeant, longæ & salutares merito sunt, cùm humores à præcipua parte sint explosi: nam si erisipelas recurrat intro malũ est, immo vero pessimũ.

5 *Si vero nec in decretorio deletur rubor, nec tuber culo conuerso in sedem exteriorem pus non facile excreet, ac videatur sine dolore agere mortem indicat aut recidiuam ægrotationis.3.prog.19.*

Secundo de diebus decretorijs. cap. 5. fidam appellat Galen. crisin, quæ in die decretorio. Quæ ergo extra hunc morbi solutio fit infida erit, & quæ recidiuam merito minatur. Sed nec hoc sufficit ad securitatem, reliqua enim adesse conuenit ad perfectam crisin, quæ Galen. refert loco citato, quæ nãque solutiones in decretorio fiunt, etiam periculosę esse solent nisi euacuatio aliqua manifesta & cum coctione fiat. Valet ergo negatiuę bene consequentia, non fit crisis in decretorio ergo infida sed non contra: fit in decretorio ergo fida, reliqua enim vt prædiximus adesse oportet, ratione diei recidiua portẽditur, sed aliorum periculum & mors, nimirum si in exteriorem sedem non exeat primo, aut eo rupto pus non facile excreetur & sine dolore agat æger.

Securissimum est si rubor quam maxime foras vertatur, si vero ad pulmonem vertatur dementiã facit & quidam sic affecti suppurantur magna ex parte. 3. *prog. sententia.* 20. 6

Abscessus omnes si boni futuri sunt ad lõginquiora & exteriora fieri cõuenit, qua ratione & tumores hi si foras vergãt minus mali sunt quinimo securi. Quod vero ait, si in pulmonẽ vertatur, &c. dubitationẽ facere potest nun deliriũ necessarium sit in pulmonis

aposte-

apostematibus sicut in his qui septo trāsuerso inhærēt, à pulmonis inflāmatione suppurationem fieri solere omnibus manifestum sicut & ab angina pulmoniam, necessaria tamē nō sunt sicut nec demētia in pulmonia.

7 *Vbi fauces ægrotant, aut pustulæ in corpore fiūt excremēta expectāda: nā si biliosa vna corpus ægrotat si sanorū similia tuto corpꝰ alere poteris. 2. aph. 15*

Non solū in faucibus ægrotantibus, & pustulis erūpētibus, sed & in reliquis omnibus affectionibus leuibus considerandū hoc venit, si scilicet mundū corpus aut immundū sit: nā si corpus expurgatū sit affectiones tales Medico non egent, vtpote quas natura ipsa bonaq; victus ratio pellant. Verū si corpus cacochymū est expurgationem molliri necessario oportet, id quidē excrementa significant tum alui tum vesicæ, quod si bona sint secure corpus ali potest.

8 *Quibus ex angina in pulmonem mali fit cōuersio intra septem dies moriuntur, si hos effugerint purulenti fiunt. 5. aphoris. 11.*

Sexto epid. parte vltima & vltimo textu inuenies quomodo ex morbis morbi fieri solēt aliquando in meliores aliquando in peiores permutati, si quidē ab angina in pulmoniā ab hac in suppurationē, qualis autē permutatio peior sit apparebit existimatis gradibus

vtriusq;

vtriuſq;:ſi enī angina ex fortibus eſt vel fortiſsimā vincet pulmoniam magnitudine,ſi verò ex his quæ conſpicuum in faucibus habent eam pulmonia grauitate ſuperabit(et ſi grauiter quidem quantum in hoc eſt natura ferre ſoleat poſt morbum aliquē aliū quo pugnam de nouo ineat ſuperuenire.) Quod autem de numero dierum Hippocr. ait difficultatem habet in vniuerſali,cum ille non ſolum ratione eſſentiæ morbi ſed & magnitudinis,motus,& malignitatis quin etiam virtutis indagari debeat,at tanquam doctrinale recipimus.

*Angina correpto ſi tumor appareat in collo bonū, foras enim morbus exiſtit.6.apho.*37.7.*aphor.*50. 9

Quoniam tanto periculoſior morbus, quanto præcipuas occupat partes. Præcipuæ autem ſunt interiores,de his antea.

*In acutis morbis faucium ſine tumore dolores & puſilli & ſtrangulātes atque cū æger hiauerit non facile os aperire aut claudere mentis aberrationem portendunt,ex his phrænitici fiunt & pernitioſe habentes.*1.*prorrh.ſect.*1.*tex.*11. 10

Non video quare faucium ſine tumore dolores phrænitici exiſtant, ſed nec quod ſecundo ait loco de ore hiante difficulter aperto & clauſo. Bene tamen ſuſpectæ ſunt huiuſmodi fauces vt in quas minita-

tur humorum decubitus in acutis.

11 *Fauces dolentes absque tumore cum implaciditate strangulantesque supra modum pernitiosæ. 1. prorrh. sect. 2. 54.*

In fortissimis anginis & maximè periculosis contingere hęc solent signa, strangulatio scilicet dolorosa cum inquietudine & sine tumore externo.

12 *Faucium sine tumore dolores strangulantes conuulsionis quiddam habent, tũ aliàs tum à capite orti vt Trasimonti. 1. prorrh. sect. 3. tex. 12.*

Nil cum conuulsionibus affinitatis habent symptomata hæc, fuit proculdubio signorum concursus semel forte visus.

13 *Fauces si exasperentur, &c. 1. prorrh. sectione 3. tex. 16.*

Syndromes hæc est longa, & signa diuersi generis, eam si placet visito forte plus doctrinę ex ea elicies quam Galenus & quam nos.

14 *Quod si cuipiam fauces implentur sanguine, &c. 2. prorrh. 28.*

Videor mihi sententiam hanc perfectam disposuisse in verbo nares.

15 *Dolores in faucibus gracilibus strangulatorij à capitis dolore originem trahentes cõuulsorij sunt Choac. 290.*

Particularis hic concursus nil certi & vniuersale

uersale secum afferens, graciles dicit quia non tument.

Quibus circa fauces irritamenta sunt his tumo 16
*res circa aurem leniter erumpunt.Choac.*292.

Similis proximę & hæc sententia est.

Fauces dolorosæ graciles cum ægre tolerabili 17
*molestia pernitiose acutæ sunt.*293.*Choac.*

Fauces quidem dolorosæ & molestæ, præsertim si graciles & depressę in acutis pernitiosę merito ob ea quæ supra diximus sunt. At non conuulsiuos habent necessario dolores vt innuit sententia.

Fauces modice exasperatæ & aluus vanis co- 18
natibus nitens frontis dolores ægre palpando contrectantes dolorosi, quæ ex *his augescunt difficilia sunt.*295.*Choac.*

Difficilia quidem hæc sunt non solum patienti (vt textus docet) ad ferendum sed & Medico ad intelligendum.

Dolores fortes circa fauces tumores circa aurē 19
*& conuulsiones efficiunt.*296.*Choac.*

Sed nec hæc quicquam certi docet, signa enim diuersi generis sunt, sicut & prægressa omnia.

Dolores parui in acutis iuxta fauces graciles in 20
gracili, vbi hiauerit non facile os contrahente mē tem emouent, ex his phrænitici pernitiose habent. 304.*Choac.*

Nec hæc cohęrent signa, nil enim habent reliqua cum faucium dolore: bene tamen verum est, si fauces dolent, os hiat, & phrænitis adest, perniciosum esse sicut fallax faucium dolores paruos sine tumore cum oris hiatu mentem mouere.

21 *Fauces exulceratæ in febre cum aliquo signo difficile periculosæ.* 305. *Choac.*

Exulceratę fauces quantum in ipsis est non sunt admodum difficiles etiam in febri quare reliqua signa considerare oportet, at hæc fere scripta ante ex prog. est numer. 1.

22 *Quibuscunque vero & fauces & ceruix & pectus simul rubuerint diuturniores sunt, & ex ipsis maximè seruantur si non recurrerint rubores, si vero dissipentur nec tuberculo foras conuerso ac collecto nec pure leniter ac sine dolore excreato nec in diebus iudicatorijs pernitiosæ, nũ etiam suppurati fiunt.* 395. *Choac.*

Etsi humores extra pelli optimum est, vt supra dictum à me & infra. Hippocrat. dicet, tamen tot membra ab eis occupari quãtitatis copiosę signũ est: abscessus verò magni, qui mortales non sunt longi esse solent merito. Si verò euanescant omnino mortales esse par est Nimirum materia intus manente, & qui reuersoriam peiorem efficere consuerunt. Cum enim natura robusta est

&

& valida non solet mala hæc intus condere sed extra tanquam nocua protrudere.

Securissimum autem est ruborem & abscessum quam maximè foras verti, erisipelas enim foras verti commodum est, contra verò lethale: conuerti tur verò cum disparente rubore pectus graue difficile spirat. Choac. 396. 23

Sententia hæc ita est manifesta vt expla natione non egeat, immò verò omnia quæ diximus fere hac basi innituntur.

Quibus verò anginæ ad pulmonem vertuntur partim. 7. pereunt partim euadentes suppurati fiũt si non eductio pituitosa sursum ipsis fiat. 396. Choa carum. 24

Si angina inflammatio est vt debet, nescio quo pacto humore in pulmonem trans lato salus succedat solius pituitæ eductione, cũm inflammatio à sanguine & bile fiat, sed nec reliqua vera sunt cum possint, & soleãt antè. 7. & post. 7. perire taliter affecti.

In anginis sputa gracilium subarida, malum. Choac. 398. 25

Superstitio est, aut non teneo quid autor lib. sibi velit.

Anginosi in linguis tumores circa signa disparentes pernitiosi, & dolores disparentes citra causam Choac. 399. 26

Huius causam sententia. 23. præbet, quid

autem significet circa signa me latet: nam prope signa & lõge à signis pernitiosũ est.

27 *In anginis qui non breui cocta expuunt perni. tiose habent.* 400. *Choac.*

Non in quibuslibet anginis sentiendum est, sed in eis quæ nil habent conspicuum in faucibus, quæ enim conspicuum habent etsi non sic breuiter cocta spuant non sunt admodum absurdæ.

28 *In angina dolores ad caput, & crura citra notas cum febre pernitiosi.* 401. *Choac.*

Citra notas coctionis quoniam quęlibet naturę molimina, citra eas irrita sunt & fere semper noxia.

29 *Ex anginis citra iudicationem præcordij dolor cum impotẽtia ac torpore fiens occidit, occultæ etiã si valde mansuetæ appareant.* 402. *Choac.*

Ex angina euanescente citra iudicationẽ, præcordij dolor humoris à faucibus in hepar translationem nuntiat, qui quidem si substantiam occupet hepatis dolet non adeo, quare occulte dicitur occidere. Idque cum impotentia hoc est debilitate magis & torpore, quia plures affectus præter naturam sunt.

30 *Ex anginis citra notas attenuatis dolor ad pectus, & aluum progreßus concitatus pus egerere facit, aliàs autem eius qui exoluitur tale est.* 403.

A laten-

A latentibus anginis dolorem ad pe-
ctus & puris egeſtionem ſequi poſsibile, ſed
ad aluum ad quam nulla rectitudo aut cõ-
munio animaduertitur difficile.

In anginis omnia pernitioſa ſunt, quæ non mani- 31
*feſtum dolorem faciũt ſed & ad crura dolores diu-
turni procedunt, & difficulter ſuppurantur.* 404.
Choac.

Anginæ quæ intus ſunt periculoſæ, &
quæ foris crudæ diuturnæ, quod ſi ad crura
deſcendat cauſa pro ratione humoris crurũ
dolores erunt breues aut lõgi ſuppurati aut
non ſuppurati.

Ex angina ſputa viſcoſa craſſa valde alba quæ 32
*violenter educuntur mala ſunt & omnis eiuſmodi
maturatio, mala purgatio multa deorſum, tales le-
uis ſiderationis modo pereunt.* 405. *Choac.*

Crudioris anginę ſignum hoc eſt, mor-
bus autem breuitatem deſiderat ob reſpira-
tionis difficultatem, quare autem huic alui
noceat purgatio eſt dubium forſe quia cru-
do morbo.

Ex angina ſubarida frequentia ſputa cum tuſsi 33
*lateris dolorem inducentia pernitioſa, itemque ea
quæ inter potandum per tuſsim ſubmergunt & de-
glutio violenta mala.* 406. *Choac.*

Ab angina pleuritis (angina manẽte) peſsimũ
ſed ꝙ de potu & trãſglutione ait merito dif-
ficilia

ficilia esse constat:cum enim per arteriā asperam potus intrat indicium est gulæ caput inflammatum obstructumque esse idem at testatur cum hoc deglutiendi difficultas, quod quidem & si non adeo prauum est vt spiritu priuari,malum tamen existit, & ex his quæ intro vergunt anginis.

Quæ ad strangulationem.

1 *Strangulati aut suffocati nondum tamen mortui ad se non redeunt, quibus circa os spuma. 2. Aphorism.43.*

Non dum mortui videtur abundare sed forte ideo sic scriptum quoniam apud vulgus strangulatum necatum iā significat,spuma his periculosa est quod ea nascitur ex cānę pulmonis angustia multa & coarctatione,vt.4.Aphor.34.

2 *Si febre detento suffocatio de repente superuenerit nullo in faucibus apparente tumore,lethale. 4.Aphor.34.*

Huiusmodi suffocationem(repente,scilicet cum febre magna)gutturis inflammatio facere consueuit,quamuis vidimus quandoque à catharro quem suffocatiuum dicunt homines perijsse,nec nō(sed idem fere est) in ast-

in asthmatico paroxismo,& cum febre & si ne febri.

Si febre habito repente collum intorqueatur ita vt vix deglutire posit nullo tumore mortiferum.4.Aph.35. 3

Modo à vertebrę introrsum luxatione absque gutturis inflammatione modo cum hac collum ita peruerti vt ęger deglutire non posit difficile quidem est,sed cum febri magis à qua vires debilitantur quę restitui nequeunt ob instrumenti ineptitudi nem.

Suffocatio in acutis ægris attenuatis pernitiosa.Choac.66. 4

AEgro debili existēti quodlibet graue sym ptoma grauius est multo,tale autem suffocatio est,quæ si à flatu fiat minus est periculosa:aduertere ergo oportet à quibus proueniat causis.Quod si ab alia reliquarum causarū proueniat magis aut minus grauis est, & periculosa ab histerica pasione grauis quidē,grauior quæ catharro quem suffocatiuum dicunt, grauissima quæ ab angina.

In febribus repente suffocari & deglutire non posse citra tumorem malum.Choac.306. 5

Ex eo quod ait deglutire non posse vitium circa gulam ostendit: itaque tantam esse inflammationem vt & laringem occu-

pet & gulam perniciosum esse constat.

Quæ ad vocem.

1  *I ebrius quispiam repente obmutuerit conuulsus moritur nisi febre corripiatur aut qua hora crapula soluitur vocem recuperet.5.Aph.5.*

A vaporibus ad cerebrum eleuatis tum ebrietas tum aphonia contingere solet,quę quidem aphonia statim intra diem cessare solet cum ebrietate, nimirum consumptis iam vaporibus:si autem post hoc tempus (scilicet quo crapula soluitur)vox non soluatur,verisimile est non iam vapores aut flatus sed humores id effecisse: quod quidem difficillimum est,at vero si his sic habentibus febris succedat rationi consentaneum est; aphoniam soluendam fore attenuatis & resolutis febris ardore humoribus ipsis.

2 *Vox clangosa oculique concretum puluisculosum habentes vesaniam ostendunt,si ex vomitu graui fastidiosoque vt Hermogizi vxori quæ furens muta obijt.1.prorrheticorum sectione. 1. 17.*

Vox clangosa instrumenti siccitatem significat ab ardenti febri, aut ab intemperie sicca,

ſicca, puluis velut in angulis oculorum calo ris ſiccitatiſq; ſignum eſt, colliquato humo re & poſt reſiccato: ſed qua ratione veſaniã indicet non teneo, & calor enim & ſiccitas eſſe poteſt nimia abſque eo quod delirium adſit aut phrenitis, nec vomitus grauis & faſtidioſus hoc ſignificat vel per ſe vel cum ſupradictis ſignis coniunctus, ſed ſolummo do humores in ventriculo prauos.

Aphoniæ cum ſingultu peſsimæ. 1. prorrheticor. ſect. 1. tex. 23. 3

Symptoma hoc aphonia grauiſsimum eſt in acutis præſertim cum ſingultu ſignificans à neruorum ſiccitate fieri conuulſis muſculis vocalibus & fibris ſtomachi: verũ extra acutos morbos non adeo grauia exiſtũt cũ ob cruditates aphoniæ & ſingult⁹ fie ri poſsint. Nimirũ de ſingultu notũ hoc eſt. Sed & aphonia fieri poteſt eleuatis halitib⁹ à cruditate ventris, & vocales neruos impediẽtibus, quod quidẽ intra diẽ ceſſare ſolet.

Aphoniæ quæ cum exolutione fiunt valde malæ ſpiritus in eis veluti ſtrangulatis promptus malus, an & delirium portendat. 1. pror. ſect. 1. 24. 4

Nullum eſt ſymptoma aut morbus ſic graue quod conſtãte virtute nõ præbeat ſpẽ, at ſi cum aphonia graui ſcilicet ſymptoma te viriũ adſit debilitas & exolutio valde ma

la est. Quod si his symptomatis spiritus sublimis adsit erit pessimum cum aphoniam à neruorum læsione fieri appareat, ob quod etiam spiritus sublimis fieri solet, scilicet nō potente inter costalibus musculis spiritum trahere etiam scapulis nasoque respirare in tendit natura. Delirium vero ab eis significari non autumo nec causam video.

5 *Responsio ferox ex composito modestoque homini ne mala. sect. 2. 9. 1. pror.*

Quemadmodum quæ secundum naturam sunt signa aut proximè nil horrendum significant, & merito, sic quę admodum à natura propria distāt praua difficiliaq; sunt tale est respondere aut loqui incomposite, eum qui cōposite loqui semper solet, amen tiam enim promittit & non quacumq; sed fortem à fortiq; causa quę naturā hominis in contrarium vertit.

6 *Quibus vox acuta his hypochondria intro tracta sunt. 1. pror. sect. 2. tex. 10.*

Et quibus hæc contingit salutis spes pauca. Conuulsionem à siccitate insinuans, à qua etiam coarctantur stringunturque fauces, ab eo namque acuta vox fieri solet, & est ne cesse. Acuta autem dicitur ea quæ fœminis spadonibus, & pueris est communis quibus pulmonis canna angusta est à natura.

Vox clangoſa mala. 1 *prorrheticorum ſectione 2. tex.12.* 7

Ab onomatopœia aut ſono vocis talis eſt dicta vox, cuius ſignificationem cauſa præſtabit, fit à ſiccitate laringis vociſque in ſtrumentorum magna, quæ ſi maior ſit plorabundam dictam efficit: quid autē hæc ſit nomen ipſum præſefert.

Si in febribus aphoniæ conuulſiuo modo in motione mentis cum ſilentio tranſeunt pernitioſe. 1. *prorrhet. ſectione.2.19. & Choacarum.276.* 8

Si inquit ęgri modo loquantur modo im pediti & aphoni ſint (ſic exiſtimo aphonos conuulſiuo modo ſicut motus conuulſiuus modo tendit modo laxat, poſt verò in deliriū tranſeant (quod ſtudio adhibito aliàs ipſe dicit) taciturnū pernitioſum eſt. Cum de liratio ſecurior ſit quæ cū riſu, quę opponitur ei quæ cum ſilentio. Quod Gal. innuit, cum ſilentio ideſt latenter non videtur ha bere locum. Aphonia enim conuulſiuo modo ſatis delirium clamat futurum, ſicut & tremor linguæ cæterarumque partium in acutis inquam.

Quibus ex dolore aphoniæ cum dolore moriuntur. 1. *pror. ſect.2. tex.20. & Choac.277.* 9

Solent ſemper dolentes grauiter clamare & conqueri vociferationibus quibus & do

 lore

lore reſolutis tranſeunt in ſilentium, non quod doloris abſit cauſa ſed quod vires deſint ad conqueſtionem clamoremque.

10 *Quibus voces cum febre deficiunt poſt iudicationem hi cum tremore & comate pereunt. 1. prorrh. ſectione. 2. 59.*

Si iudicatio eam quæ perfecta eſt ſignificat vt ſolet & debet non video qua ratione hi iudicati pereant aut cũ tremore & comate aut aliàs, deficere autẽ vocem & ſimul febrim vidimus aliquando in iudicationibus, nimirũ protruſa materia ad radicem neruorum vocales muſculos ſtruentium.

11 *Si ex capitis dolore aphoniæ fiant. 1. prorrhetic. ſect. 3. tex. 2.*

Syndromes ſignorum diuerſi generis hæc eſt ſicut & aliæ plurimæ huius libri, hanc inuenies verbo. caput. num. 9.

12 *Aphoniæ quæ cum exolutione & cathocha fiũt pernitioſæ. 1. prorrh. ſection. 3. tex. 4.*

Si cum virium debilitate adſit cathoche pernitioſum eſt magiſque erit iam ſi cum his adſit aphonia.

13 *Quod autem quis repente obmuteſcat id venarum interceptiones occluſioneſque faciunt ſi ſano abſque occaſione vel forti alia cauſa id contigerit. 4. acut. 22.*

Et ſunt aphoniæ vociſque priuationis cauſę

causę quę mortis repentinę & plures, quoniam etiam superstes potest quis aphoniã pati: à resolutione musculorum laringis & reliquorum voci ministrantium idq; repente vt dictum est & sano existente homine: vna quidem causarum repentinæ mortis & aphoniæ occlusio est carotidarum arteriarum quæ recte mirabile constituunt, intercepto namque vitali spiritu qui materiam præbet animali deficit facultatis mouentis instrumentum.

Cum febricitanti. 14.*die vox intercipitur longitudinis signum est.*4.*acut.*63. 14

Ex subsequenti num.19.lucebit etiam aphoniam ex signis criticis esse posse & solere: quod si hoc verum est non video quare hæc.14.die longitudinem significet cum posit eo die iudicari ægrum, saluari inquam, & periclitari, cætera considerare oportet.

*Vocis interceptiones ex rigore soluuntur tremore. Coac.*31. 15

Casu quodam contingere potuit, nimirum vt materia fieret tremoris causa quæ ante fuerat rigoris: at necessitatem non video sed nec rationem causam ve quare succedat sic prope semper, hoc namq; saltim necesse est, vt sententiam constituat.

Vocis

16 *Vocis interceptiones in febre malæ sunt. Choacarum.* 39.

Malæ dixit sed non perniciosę, quoniam sine absurdo contingere queant multoties.

17 *Ex moderato responsio ferox malum, Vox acuta malum præcordia his intro trahuntur.* 56. *Choac.*

Tex. 5 supra de priore indicio dictum est de secundo & tertio signo. tex. 6.

18 *Vocalissimi sunt qui plurimum habent calidũ, &c.* 6. *Epid. par.* 4. *tex.* 23.

Interpretatur pulchrè. Galen sententiam hanc.

Voces interceptiones cum exolutione pessimæ.

19 273. *stupefactorio modo perniciosæ.* 278. *Choacarum.*

Etsi parum in malitia distent hi duo termini pessimum, & perniciosum reuera exolutio peior est stupore.

20 *Quibus vox cum febre deficit & cum indicatione intercepta tremuli moriuntur.* 275. *Choacar.*

21 Eorum qui vocem simul & febrim relinquunt, aliqui liberari (nimirum trãslato abscedenteq; humore ad vocis instrumenta) aliqui etiam in maiori esse periculo & latenter sine febri perire solent: ex his posterioribus videtur pronuntiata senten-tia quod confirmat verbum subsequens cum iudicatione intercepta. Sed quare hi

tremuli

tremuli moriantur ignoro, si necessitatem futuram suadere conatur.

Voces confractæ post medicamenti potionem num prauæ sunt? plerique sudant, & ventres humectos habent. 279. Choa. 21

Si aliter non intelligo, sed si per confractas voces intelligit debiles & lassatas omnibus quomodolibet euacuatis contingunt aut debilitatis; de earum prauitate interrogat autor, & interrogando errat, etsi dubius in re dubia; cætera signa consideranda.

In vocis interceptione spiritus velut his qui strangulantur præ manibus expositus malus, num & mentem mouet. 280. Choa. 22

Vocem intercipi, & spirare veluti qui extrangulatur à neruorum læsione regentium vocis instrumenta & respirationis, cõtingere potest, idq; veluti cõuulsis musculis quod quidem malum est, læso autem neruorũ origine non mirum si moueatur mens quam motam deliria excipere solent prope semper, præsertim in acutis.

Ex capitis dolore vocis interceptiones febricitantes cum sudore laxantur in se ipsos fiũtque morbi reuertentes diutius durant, his rigere malum nõ est. 281. Choa. 23

Hæc eadem fere huius text. 11. & verb. capitis numero. 9. quæ quidem syndromes

diuersorum videtur.

24 *Mentis emotiones cum aphonia pernitiosæ.* 282.*Choa.*

Et merito: aphonia enim ex natura sua nō leue est symptoma, quod si motioni mētis adiungatur graue admodum erit.

25 *Vocis interceptiones in superrigentibus lethales, tales leniter caput dolet.Choa.*283.

Aliàs à me dictum est etiam aphoniam esse ex criticis signis etsi rarioribus, & minus securum, nil tamen vetat quin possibile sit quandoque tum aphoniam tum rigorem simul bonam subsequi crisin.

26 *Vocis interceptiones cum exolutione in acuta sine sudore lethales magis quam cum sudore, verū longitudinem significant fortaſsis & qui ex recidiua tale quid patiuntur tutiſsimi sunt: pernitiosiſsimi autem habent quibus sanguis è naribus fluit & quibus alui humectantur.*284.*Choa.*

Aphonia & animi deliquium signa esse possunt crisis sed non tuta: Quare nec crisis tuta iudicari debet, sed difficilis & periculosa, quod si quando eis succedat salus non video quare per medium sudorem futura sit, potius quam per humectam aluum, quæ securius & melius iudicare solet, de fluore sanguinis nil dico, vtpote qui suspectum semper talem iudicium habui.

Y

Vox

Vox acuta planctum referens & oculorũ obscuratio conuulsorium est: dolores his ad inferna toleratu faciles sunt. 285. *Choa.* 27

Acuta vox angusti instrumenti effectus est, stringitur autem instrumentum in acutis ab ardeti calore reficcatum si huic vitio facultatis debilitas accedat pessimum est, cętera non teneo.

Cum voce tremula alui solutio præter rationẽ in his moram trahentibus diuturnis pernities est. 28
286. *Choa.*

Qui ex longo tempore ægrotarunt extenuati iam, si vox adsit tremula debilitatis animalis virtutis signum erit, his alui solutio vires minuet, perniciose ergo habebunt, quod ait præter rationem sine signis coctionis intelligo.

Frequentes subsoporatæ aphoniæ consistentes tabem præsignificant. 287. *Choa.* 29

Sed nec hoc teneo quare mutis subsoporatis tabes, &c.

In febribus mentis emotiones taciturnæ in eo qui voce priuatus non est pernitiosæ. Choa. 71. 30

Taciturnitas sine aphonia delirium cum studio adhibito melancholiamque significat: qualiter vero hoc sit malum in febribus præsertim, verbo delirium explicatum est.

31 *Quicunque in continua muti iacentes oculis conniuentes nictant, si postquam sanguis è naribus fluxit & vomuerunt loquantur & ad se ipsos redeant seruantur, si vero hæc non fiant difficulter spirantes pereunt breui. Choa. 84.*

Grauissima sunt symptomata in febri mutescere inquam & nictare expetuntque aliquam vacuationem insignem, eam quæ per vomitum fit experti sumus & cum illa aliquod leuamen, at tandem frater Franciscus obijt.

Pectus.

1 *Doloribus lateris & pectoris cæterarumque partium an ægri multum differant discendum. 6. aphoris. 5.*

Et ad dignotionem & ad præsagationẽ sententia hæc facit, ad curationem etiam, vt Galen. in cõmentario vult, tu cape ex eo eam partem quæ ad præsagationẽ pertinet (quæ sola huius est loci) & consule Gal.

2 *Qui gibbi ex asthmate aut tussi ante pubertatẽ fiunt statim moriuntur. 6. apho. 46.*

Galenum consule.

3 *Dolor pectoris firmatus & ægre separabilis cũ torpore malus superfebrientes hi acute moriuntur. 1. prorrh. sectione. 2. 36. Choa. 348.*

Inconstans hæc sententia est & quæ nil certi.

certi habet: dolor namque pectoris paruam habet cum torpore affinitatem nisi partem quæ circa dorſum eſt occupet, ſed nec video cur hi ſuperfebrientes acute pereant pectus doluit. Melidie. 1. Epid. parte. 3. text. 31. Hæc de malo & indifferenti pectore; de bono Gal. conſule. 6. Epid. parte. 1. tex. 3.

In pectoris dolore febriculoſo aluus turbata, torpida, nigrarum egeſtionum ſigna ſunt. 303. 4
Choacarum.

Ignoro, vnde nigrorum egeſtionem au tor lib. capiat futuram: nam nec ex dolore pe ctoris nec ex febri, nec ex aluo turbata, nec ex torpore aut ſeorſum aut copulatiue ſum ptis, heterogenea naq; omnia ſunt quæ ſen tentia continet, ſunt etiam Choacarum lib. aliæ de pectore ſententiæ, vt verb. flux. ven- tris. numero. 51. & verb. lumbi. num. 11.

Quæ ad reſpirationem.

S Pirationis facilitatem exiſtimare oportet per quam magnam vim habere ad ſalutem in om ni acuto morbo qui cum febre ſit & 40. die indica tur. 1. prog. 25. Choa. 288. 1

Hippocrati vel minima de pulſibus con ſideratio fuit, ſed eius loco reſpiratione vſus circa eã pulchra inuenit & obſeruauit, quo-

rum vnum hoc fuit ſcilicet reſpirationem bonam & facilem ad ſalutem plurimum ſignificare. Sed aduertendum eſt quod nõ è cõtra ſe res habet, plurimi enim vel leui de cauſa difficulter ſpirant, molles præſertim, vt Gale. in lib. de difficultate reſpirationis, merito autem bona bonum ſignificat, quoniã facultatem inſtrumentum & vſum quibus gubernatur natura, bene ſe habere ſignificat, de acutis ſermo hic eſt, nam in chronicis videre licet ſæpe reſpirationem bonam apparere ægrumque tendere in mortem.

2 *Spiritus creber dolorem ſignificat aut inflammationem ſupra præcordia, magnus & rarus delirium, frigidus de naſo, & ore, exitialis iam eſt. 1. prog. 24.*

Plures ſunt reſpirationis differentiæ, omneſque ſumuntur, aut à motu aut quiete, quæ à motu ſumuntur aut à quantitate diſtentionis, & hæc eſt magna, aut parua, aut à tempore, & hæc eſt aut celeris aut tarda.
1 Quæ autem à quiete frequens eſt aut rara, tamen quæ differentiæ ad artem neceſſariæ ſunt magis ſimpliciterque solummodo quatuor, frequens ſcilicet, quæ ſi parua eſt dolorum in locis ſupra & infra ſeptum tranſuerſum ſignificat, ſupra in partibus thoracis infra in ventre, hepate, ſplene, inteſtinis, præ-

sertim gracilioribus frequens & magna incẽdium & inflammationem, sed rara & magna delirium, vt constat quam plurimis historijs Epidemion. Rara vero & parua virtutis defectum, quod si hæc eo deueniat vt frigida sit in limine mors iam est, habes huius confirmationem. 6. Epid. parte. 4. tex. 30. quæ naso & ore fit etiam prostratum demõstrat robur.

In continua difficultas spirandi & delirium lethale. 4. aphor. 50. 3

Etsi plures causæ sunt difficultatis respirationis tamẽ quæ simpliciter dicitur frequẽs & parua, venit intelligenda, hæc quidem iũgitur delirio cum septum transuersum inflammatum est semper; & aliquando cum alię partes circa thoracẽ, quæ omnes inflammationes periculo plenæ sunt. Vt Hippoc. r. acutarum scio & spirandi difficultates & deliria crises bonas præcedere solere: at hæc accidentia semel in morbo & non continenter vexant.

In febribus spiritus offendens malum, conuulsionem enim significat. 4. apho. 68. 288. Choa. 4

Quæ spirationis difficultas aliàs ab Hippocratę duplex intro reuocatio, & velũt gementium suspiria hic spiritus offendens appellatur septi transuersi conuulsiuam affe-

ctionem

ctionem enuncians.

5 *In acutis cum febre quasi gementium suspiria mala.6.aphor.54.*

De hoc proxime dictum est,est namque idem cum spiritu offendente.

6 *Quibus spiritus retrahitur voxque stragulabu da est & vertebra intro fugit, his in fine velut contrahente quodam spiritus redditur.1. prorrh. sectione.2.55.Choa.294.*

Si quicquam de hac dicendum est id quod Galen. nil aliud super eam habemus quod intersit.

7 *Anhelosis febris postea acuta.Choa.115.*

Consideratione digna est historia Hippocratis.6.Epid.parte.4.text.4. Anhelosis quos aliàs asthmaticos appellamus sæpesæpius vidimus & in paroxismo & post absq; febri,bonum esset,scripsisse malum.

8 *Spiritus densus & paruus inflammationem & dolorẽ in locis principalibus significat magnus & rarus delirium aut conuulsionem,frigidus febriculosus & fuliginosus lethalis,verum hic minus quã frigidus & quam qui magnus foras expiratur,paruus vero,intro,& paruus foras,magnus vero intro mors in limine.288.Choa.*

Sententia hæc sicut & reliquæ, quæ à choatis prænotionibus sunt,eam habet veritatem,quę ex prog.desumpta est,vt num.2. reliqua

reliqua partim difficilia partim falsa.

Orthopneam facit hydrops sicca. Choacarum.473. 9

Recte spirare cogit spiritus strictio quæ ab obstructione & compressione fieri solet, ventris tumores hanc faciunt spiritum comprimendo ne septum dilatetur. Sed qua ratione hydropem tympanitem non ascitem hoc facere dicat non teneo. Cum ambo simul talem difficultatem facere nata sint. Quare ex tribus speciebus leucophlegmatia sola orthopneam facere non habet proprium.

Pulmoniæ & Pleuritidis.

Vibus ex angina in pulmonē mali fit cōuersio intra septimum moriuntur, si hos effugerint purulenti euadunt. 5. aph.10. I

Anginę nomen inflāmationē præ se fert hæc adeò acutissima esse solet vt vel intra. 6. horas hominem rapiat, sic ante verb. angina dictum est, at sæpe eius humores pulmo recipere solet vt qui fluxionib⁹ aptissimus sit propter facultatum imbecillitatem, & motus continuitatem, si ergo euenerit gutturis inflammationem in pulmonem transferri

etiam ingens periculum imminebit ob iam dicta: at quia non occupauit partes spiritus angustiores in longius protrahetur tempus, quod si .7. effugerint diem purulentum hominem futurum intellige sæpe, at non semper: vidimus enim aliquot eorum curatos.

2 *A pleuritide pulmonia malum.7. aphor.* 11.6. *Epid. parte.4. text.4.*

Periculosus & plurium hominum necator affectus pleuritis est, sed pulmonia periculosior habensq; plus periculi quam terroris, quapropter Medici qui periti non sunt falluntur sæpe existimantes ægros suos in minore esse discrimine, quod minorem sentiant dolorem.

3 *A peripneumonia phrænitis malum.7. aph.*12.

Inartificiosa sententia hæc esset, si per phrænitidem veram intelligas inflammationem: nã si pulmonia adeo periculosa est vt dixi succedens phrænitis inflammatio periculosior multo erit, nec intelligi potest ita à pulmonia phrænitis vt relicto pulmone materia cerebrum occupet: nam casus est difficillimus propter id quod de pulmonis facilitate dictum est, sed eo posito falsa esset procul dubio sententia, non enim phrænitis periculosior affectio est quam pulmonia, reliquum ergo est vt per phrænitidẽ deliriũ in-

telligas, quod maxime inflãmationis in pulmone signũ est aut magnę cerebri debilitatis.

Peripneumoniæ ex pleuritide transmutatæ securiores his quæ ab initio fiunt. 438. *Choa.* 4

Apparet, non est contraria hæc sentẽtia positæ. nu. 2. Oritur pulmonia aut in ipsius morbi ortu aut ab alio: quod si a pleuritide, minus forse minatur periculum quam si à principio ea molestet, quia materiæ pars in præmissa pleuræ inflammatione consumpta est.

Quibus in peripneumonia vrinæ crassæ in principio & ante quartum attenuantur lethale. 463. 464. 465. *Choac.* 5

Si per crassam vrinã intelligas vt in aphorismis coctam ratio est in promptu: nam si ante ęger simplici morbo laborabat, nunc duplici vexatur, febris enim accidens erat quando vrina cocta. Quando vero cruda facta est morbus affectusq; per se, prętstabat ergo simplici laborare affectione. Quod si per crassam incoctam intelligas etiam mala est si nimis attenuetur, tanquam materiæ cursum in affectum minitans locum.

Facie flores habente & aluo liquidiore suppurationes circa pulmonem habent. 472. *Choa.* 6

A florescente facie pulmonis phlegmonis argumentum càpies ex Gal. 5. lib. de locis

patientibus, sed ad suppurationem hoc non sufficit signũ; alia ergo quæ in verb. suppuratio dicta fuerant sunt necessaria, quod autẽ de liquidiore aluo ait siluisse præstitisset: nil enim hoc commune cum pulmonis suppuratione sed contrarium, quia materiæ reuulsio obstabit suppurationi.

Quæ ad excreationem.

1 EXcreatio in omni dolore qui affligit circa pulmonem & costas cito prompteque excreetur necesse est. 2. prog. 43. Choa. 4. 17.

Cito inquit inter initia, statim vt eo defluxit ne si malignus humor est pulmonem exedat, prompte autem quoniam tanquam signum & causa bonum est, signum quia virtutem robustam & materiam habilem existere ostendit, causa, quia si non prompte exeat pectus caput hypochõdriaq; lacesset.

2. *Permixtumque appareat flauum admodum excreationi. 2. prog. 44. Choa. 418.*

Duo præcipue membra in thorace inflámari solent, pulmo, & pleura. Ille à crudiore sanguine potius, hęc à bilioso, sed non ita exquisite vnumquodque afficitur quin aut alterum in consensum trahat aut vterque humor non misceatur: sinceri namq; succi raro inueniun-

inueniũtur inter humores crudos, albus benignior est reliquis, inter biliosos, qui flauus igitur excreatio talis benignior erit: permiscere vero facultatis coquentis officium est, quapropter & bonum est permista educi sputa hæc.

Si multo post ab initio doloris excreatur flaua aut candida aut rufa aut multam inferens tussim aut non admodum permixta deterior est. 2. *prog.* 45. *Choa.* 419. 3

Supradicta excreatio bona est si vt sententia prima statim educatur. Quod si statim non fiat bona non erit: nimirum, quia quanto citius excreatur citius terminabitur morbus, quanto tardius, tardius, coquitur autem citius, quod citius expellitur, coqui vero statim virtutis coquentis robur arguit, & humoris benignitatem. Harum ergo excreationũ quęlibet & ratione humoris & ei⁹ impermistionis aut causa temporis quo excernuntur malę sunt.

Excreatio flaua si sincera est cum periculo est candida vero glutinosa & rotunda inutilis. 2. *prog.* 46. *Choa.* 420. 4

Etsi inter bilis species non malignior sit quæ flaua dicitur, & est, tamen cum humor sit natura calidus & siccus valde merito (si sincerus est) suspectus haberi debet ne pul-

moně è quo educitur rodat, qua ratione mala simplex excreatio est quæ flaua & sincera: cum enim pituitę permista est benignior redditur à contrario humore, hoc est quod supra dixit tex.2. candida (de qua nunc) est, quæ non ab affecta parte sed ex humiditatibus pulmonis producitur, quæ sane inutilis est ob eam rationem: nil enim humorē morbum facientem minuit. glutinosa etiam inutilis est, quia cruda: natura enim dū coquit ad moderationem omnia reddit. Crassum tenuat, tenuem crassat, lentū glutinosumq́; incidit, aliàs expulsioni præparatio non fiet proba. quod vero de rotunda ait cum febri tenendum est, locus enim de morbis acutis est, nā de his qui sine febri sunt. 6. Epid. parte. 3. tex. 36. & in præsentiarum asserit Gal. periisse tabe quotquot ipse vidit sic spuentes, quod si perierunt hac excreatione rotunda plusquam inutilis illa fuit.

5 *Si viridis & spumans admodum est mala.* 2. *prog.* 47. *liuida etiam & æruginosa.* 421. *Choa.*

Satis superque Gal. hoc loci sententiam hanc interpretatur vt nequeas amplius desiderare, sed vide etiam. 6. Epid. parte. 1. com. 16. vbi aliqua digna reperies.

6 *Si ita sincera fuerit vt nigra appareat difficilior quam illa, mala etiam est si nil repurgetur,*

sed

sed plenius ferueat in gutture pulmo nil eijciens.2. prog.48.

Difficilior viridi & spumanti nigra excreatio est (ob ea quæ alias dicta sunt & dicentur de hoc colore) sed hac peior est nulla,& quod plenus ferueat in gutture pulmo quo facto necesse est respirationem intercipi,sicut contingere solet laqueo appensis, sed aduertere oportet si sputum alio procedat. deceptus aliquando fui in hac re,deploratum existimans ęgrum nil spuentem (feruente pulmone pleno circa guttur) hic superstes fuit,sed postea agnoui eum ex pectore duxisse multa sed deglutijsse.

Excreatio non multo permixta sanguine in pulmonis morbo si inter initia excernitur salutaris admodum est,si septima die tardiusue minus secura.2.prog.50.422.Choac. 7

Sexto Epid.sup.tex.Hippocrates impedimentum incruenta spuentibus bilis, &c. Gal.ait pleuritides omnes quæ cũ sputo sanguinis effatu digno ab eo visæ sunt faciles salubresque obseruasse,idem & nos experti sumus non semel.

Omnis excreatio mala est quæ non sedat dolorem,quæ vero sedat melior.2.prog.51.427.Choac. 8

Dictũ supra est in thorace duo mẽbra inflãmari solere,pulmonẽ scilicet & pleurã,de 11

primo

primo cũ expers ſit ſenſus ſermo intelligi neq quit,reliquũ eſt vt de ſecũdo intelligatur:cũ ergo excreatio dolorẽ non ſedat malum eſt in pleuriticis merito,ſignificans aut non expelli materiam morbificam aut plus humoris decurre in partẽ quam ſit qui expellitur.

9 *Excreationes in continuis liuidæ,cruentæ,fœtidæ,bilioſæ,omnes malæ,commode tamen ſi prodeat bonæ,ſed eadem quoque eſt eorum quæ per aluum & vrinas excernuntur,ſi quid per hæc loca non cõmode exeat malum.4.aphor.47.*

Etſi de excreationibus ſermo hic ſit prę ſertim,tamen & vniuerſim Hipp.vult & cõuenit intelligi,ſæpe numero enim valet natura prauam vincere affectionem prauúmque expellere humorẽ:itaque nullus humor tam prauus videri poteſt quin à natura expelli commode poſsit.Etſi fere ſemper contigit prauos humores,prauos & lethales ſequi morbos.

10 *A ſanguinis ſputo puris ſputitio malũ.7.apho.15.*

A ſanguinis ſputo pus expui vel à pleuritide vel à pulmonia vel ab aliqua alia circa pectus allutione ptyſis ſuſpitionẽ generat ſi pus diuturnum excreatur, ſed de his in ſpecie erit poſtea ſermo.

11 *A puris ſputu ptyſis & fluxio cum vero ſputũ retentum fuerit moriuntur. eodem.7.apho.16.*

Cum

Cum puris sputum pertinax est, corpus totum marcescere est necesse, à consumptione autem (debilitata iecoris & ventris vi) humores hac illac perfluere nec suum seruare locum vnde effluxus, hoc de vltima sententię parte, nam de priore (pure scilicet) superiore aph. dictum est.

Excreatus frequens etsi aliud signum affuerit sunt phrænitica. 1. prorrh. sect. 1. 6. Choac. 272. 12

In delirijs melancholicis sæpenumero tale inspectum est symptoma, eadem ratione & in phræniticis contingere valet nō quod semper adsit aut præcedat, sed quod si præcesserit sine causa & cum alijs signis phręnitidis indicium sit certum, nimirū cum actio hæc vna sit earum quas errans imaginatio patrat.

Sputatio frequens malum in phræniticis sicut in principio clementer se habere & crebro permutari. 1. prorrh. sect. 2. 12. 13

Non capio quare sputatio frequens mala sit in phræniticis, nec videtur si spuere frequenter quod proxime dictum est significat solum, quod autem ait in principio clementer habere & permutari crebro etiam affert difficultatem non paruam: nam vno eodemque contingere illa duo nequeunt, quod si seorsum accidant multo maiorem,

quare enim est mala inter initia clementia morbi cum circa initia secundum Hippoc. omnia sint mitiora, permutari frequenter, hoc est materiam turgere forte bonum nō est, grauissima esse hæc solent.

14 *Excreatus frequens si sit cum refrigeratione in phræniticis nigra reuomuntur.* 1*.prorrhet.sectio.* 1*.tex.*30.

Syndromes hæc est quæ aliquando contigit vt plurimę aliæ huius libri.

15 Ex*creationes in febre liuidæ nigræ biliosæ si supprimantur malæ sunt. Secedentes verò pro ratione vtiles. Choac.* 270.

Supra tex.9.habetur sententia similis, quā vt illic intelligere oportet.

16 *Quibus salsuginosa sputa ac tußis supprimuntur his corpus velut à pustulis rubescit, verum ante obitum exasperantur.* 271*. Choac.*

Syndromes etiam hæc est nullius essentię rerum quæ aliquando visæ sunt, fuisset sententia dignior sic, quibus salsuginosa sputa ac tussis supprimuntur in limine mors est, præsertim in acutis.

17 *Sanguineum verò valde aut liuidum statim in principio periculosum. Chooc.*423.

Liuidum in principio merito pernitiosum ob illud quod de colore hoc supra relatum est. Sed sanguineum ignoro cum humor

mor hic benignus eſſe ſoleat niſi in grumos concreſcat.

Praua ſunt etiam ſputa ſpumoſa & flaua & ni- gra & æruginoſa ac viſcoſa & quæ cito colorantur. Choacarum. 424. At mucoſa & fuliginoſa & cito colorantur & tutiora ſunt. Choacarum. 425. 18

Sæpenumero ſputa ſpumoſa prodeunt ſine abſurdo aliquo nimirum afflatu & deſtilatione frigida, colorata verò ab inflammatione prodire ſolent, ſed inter colores magna eſt differentia ſicut ex ſupra dictis conſtitit, flauus verò non adeo prauus in ſputis color eſt.

Quæ intra quintum diem ad coctionem colorantur meliora ſunt. Choac. 426. 19

Quo citius inflammationis materia educitur melior eſt morbus & breuior, ſi ſputum tale ſtatim appareat breuiat morbũ, ſi verò non producit vt. 1. Apho. 12.

Sputa rotunda delirium ſignificant, vt in pleno. 6. Epid. par. 3. tex. 36. 20

Nec huic ſolo ſigno fidere oportet ad delirij prædictionem: infirmũ enim eſt quod materia adſit viſcida & calor ſpiſſans & cõglobans ad ſignificandam mentis emotionem. Quos talia excreare vidit Galen. ſine febri omnes tabidos longo poſt tempore. 6.

Epidemion parte.8.tex.36. factos fuisse ait, vt sententia.4.dictum fuit.

21 *Quicumque verò cum bilioso purulentum educunt aut seorsim aut permixtum plerumque.14. moriuntur si non boni, aut mali quippiam ex praescriptis superueniat, sin minus pro ratione, maximè vero his quibus.7.pus incipit.Choac.428.*

De acutis videtur sermo hic, sed qui difficultatem habeat. excreari enim potest, A thoracis inflammatione sputum purulentũ semicoctum vel etiam coctum, quod non admodum absurdum erit, quod autem à bilioso procedat non ideo periculosum cum in morbis pleuriticis sine periculo videamus, idque merito nam pleuritis à bile fere semper & ab hac purulenta procedunt sputa. Quod si de chronicis sententia intelligatur difficilior erit, ab sputo bilioso pulmonis vlcus, ab hoc purulenta sputa prouenire solent, sed quæ non intra.14.diem finiantur morte syndromes bonorum signorum in morbis pectoris & pulmonis.numero.429. Choacar. adamussim existunt: quod si ante lata ad exercitationem non sunt satis illuc te cõfer, sed lege caute ne credulus inueniaris.

22 *Quicumque sanguinem spumosum spuunt dextrum præcordium dolentes, de hepate expuunt & multi pereunt.454.Choac.*

Qui-

Quilibet ſanguinis fluxus pręter naturã eſt excepto eo qui per menſes, qui per hæmorrhoydas interdum ſalubris eſt ſicut & qui per nares, qui verò tuſsi reijcitur ſi à pulmone peſsimus ſi à capite non prauus. Qui vomitu expellitur medius eſt inter hos nec adeo ſecurus, vt qui à capite nec adeo lethalis vt qui à pulmone: quod autem de ſpumoſo inquit, magis peculiare hoc eſt ei qui à pulmone educitur. Sicut & periculoſior quã qui ab hepate. Sed hic potius vomitu, quam excreatione educitur.

Cum raucedine ſputa viſcoſa & ſalſuginoſa malum, ſi verò quid attollatur his intra pectus malũ 459.460. *Choac.* 23

Nec ſententia hæc quicquam affert certi aut magni: videntur hęc ſępe ſine abſurdo.

Expuentibus ſanguinem confert vt ſint ſine febri & tuſsiant ac doleant leuiter, & vt ſputum tenue fiat ad dies. 14. *febrire verò & tuſsire, & dolere pertinaciter, & ſanguinem recentem ſemper ſpuere incommodum eſt. Choac.* 477. 24

Quum ſanguinis ſputum abſque dolore procedit aut à capite vt dixi aut à pectore excreatur, quod ſi ab hoc periculoſum eſt magis bonum eſt, cum aliquo exire dolore, hoc namque declaratur non à pulmone ferri, ſed ab aliqua inflammatione tho-

racis:præstat etiam vt non cum dolore nimio sit,ne ita inflammatio vrgeat vt hominem enecet,&c.

Quæ ad suppurationem.

1 *Quicumque dolor in his affligit sedibus nō desinens,nec excreatione,nec ventris subductione, nec venæ incisione, medicamento & victus ratione,in suppurationem verti sciendum est. 2.prog.52.Choac.430.*

Cum humores multi crudi & crassi redundant,hique aceruati(vt Galen. 1. Epid. parte.1.text. 10.)verisimile est eos nullis remedijs dictis cedere, & ex consequenti in suppurationem verti si exitiosa abfint signa,de inflammatione thoracis hic agitur.

2 *Quæcumque suppurantur dum excreatio biliosa est exitiosa admodum siue vicissim bilis & pus siue simul excernantur.2.prog.55.*

Solet aposthema solui in suppurationem idque in morbi statu quæ solutio est inter prauam & optimam:cum ergo simul cum suppurationis materia biliosum exereatur signum est fluxionis nouę atque perinde periculi plenum.Si enim morbus medius factus est suppuratione bona mala ad con-

trarium recedens, signum manifestum erit recurrentis salutis.

Potissimum vbi suppuratio.7.die morbi incipiat separari ab huiusmodi sputo. 3

Quo tardius fluxus hic biliosi humoris superuenerit suppurationi, eo periculosior erit. Septenum apposuit diem tanquam exẽplum, decretoriorum dierum est.7.dies quodammodo decimi quarti, significatiuum quare timor est ne accedat quod sequenti prog. scriptum est.

Spuentem verò talia mori.14.sperari potest nisi bonum aliquod acciderit.2.prog.55. 4

Et eum nouus adsit fluxus nouum aduenire terminum oportet. 14. scilicet qui acutorum exacte terminus est.

Sunt autem bona hæc facile ferre morbum bene respirare vacare dolore, & cætera quæ sequuntur.2.prog.tex.56.& Choac.429. 5

Bonorum signorum syndromes hæc est, & malorum simul.

Aliæ suppurationes fere rumpuntur.20.30.40. & ad.60.diem deueniunt.2.prog.57. 6

De inflammationibus pectoris & pulmonis hic etiam sermo est, differtur autem suppuratio aut breuior fit ob ea, quæ sententia 1. dicta sunt, scilicet pro crassitie & copia humoris: huic addi potest locus vicinior aut

remo-

remotus magis à caloris natiui fonte, eſt etiam in pectore pars cordi proxima magis, & remota magis. Ac niſi acutis ſolum dicatus hic liber foret exiſtimarem de omnibus ſuppurationibus agere quacumque parte corporis fiant, quod quidem magis ſequenti ſententia apparens fiet.

7 *Conſiderari oportet ſuppurationis fore principium colligentes initium à quo die primum febrie rit, aut rigor prehendit, & ſi dixerit pro dolore pondus ſibi eſſe: hæc enim accidunt initio ſuppurationis ex quo expectanda puris eruptio dicto tempore. 3. prog. 58.*

Itaque febris indicium eſt. ſuppurationis in collectionibus quæ ea carent (dum pus enim fit dolores ac febres magis accidunt) rigor verò in omnib⁹, & præſertim in quis ante febres comitabantur, non dolere etiam ſatis ſuppurationis ſignum eſt, iuxta ſententiam ſupra ſcriptam: itaque febris, rigor, doloris defectus, & ponderis ſenſus præſentis ſuppurationis indicia ſunt, pulſus etiã partis addi potuiſſet, ſed ſignum hoc non adeo cõmune eſt cum ſolummodo contingat arterijs inflammatis aut inflammationi vicinis.

8 *Si ſuppuratio in altero latere tantummodo fuerit vertere atque ediſcere conuenit in his vtrum*

in altero latere sit dolor & calidius altero sit, atq; num in altero cubanti latere aliquod onus impendeat: sic enim in altero latere suppuratio existet vtrouis onus existat.2.prog.59.

De suppuratione in genere hactenus, nũc verò de suppurationis loco decernit per dolorem calorem & pondus.

Omnes purulentos his signis agnosces. Si febris continua interdiu mitior noctu vehementior si copia sudoris, tussiendi cupiditas sine exputo, oculi caui, maxillæ rubent, vngues manus curuantur, summitas digitorum calescit in pedibus tumores consistunt fastidiunt, pustulæ circa corpus erũpunt.2.prog.60. 9

Ex suppuratis quidam expuunt bene satis (loquor de iam empijs) quibus sæpe salus succedit, & qui à supradictis symptomatis liberantur, quidam verò ob humoris crassitiem aut pulmonis densitatem nil expuunt effatu dignum quibus superuenire supra dicta symptomata necesse est. Tussiunt hi ob vapores à collectione eleuatos, sed non excreant ob rationem dictam.

Quæcumque ergo suppuratio diutius immoratur talia habet signa quibus admodum credere cõuenit, quæ verò leuior est his signis indicatur qualia inter initia existant, & item si æger difficilius spiret.2.prog.61. 10

Signa imminentis iam suppurationis tex. 7. præcedēti nobis Hipp. reliquit in hoc. 10. aliud addit de spirandi difficultate.

11 *Quæ verò citius ac tardius rumpitur sic apparet, si dolor inter initia difficultas spirandi tussis & excreatio perseueret. 20. die aut etiam ante ex pectare ruptionem decet, si verò continentior fuerit dolor, & alia omnia in his fuerint ex ratione post expectare sed præire necesse est dolorem dispneã & excreationem antequã pus excernatur. 62*

Pro crassitie lentore & copia, & loci diuersitate suppurationes tardiores aut breuiores fieri supra dictum iam est, ex quibus liquet dolorosiorem affectum citius rumpendum quia materia acutior. Si verò mitior contra, reliquis ait secundum rationem, omnia suppurationis signa lata fuerant ante & nunc eius tempus præscribitur pro symptomatū vehementia: collectis itaq; omnibus inquã quod febris rigor doloris defectus, pondus & spirandi difficultas suppurationis indicia sunt, sed pondus, & doloris mansuetudo iã factę, reliquę fientis apparēt. De tussi dictū, de excreatione nil dicendum, nec enim arbitror necessariam suppurationi.

12 *Liberantur autem ex his maxime. 2. prog. 63.*

Syndromes signorum bonorum & malorum in suppuratione & sputo. tex. 56.

Qui

Qui purulenti ex peripneumonia fiunt si seniores potiùs intereunt per alias suppurationes iuniores potius. 69.2.Prog. 13

Pulmonia affectus est magis periculosus quam dolorosus hic fit magis. Vt Gal. 1. de locis affectis, ex crudiore materia sicut pleuritis ex acutiore, verisimile ergo est senes eam difficulter concoquere & peius expellere, difficillimus etiam morbus hic iuuenibus est, sed non adeo veluti senibus debilibus aduersum inimicum fortem.

Suppurati non patiuntur recidiuam. 6.*Epidemion part.* 3.*tex.* 11. *vt verb. recidiua. numer.* 14

Ordo naturæ est vt partes robustiores in debiliores sua protrudant excrementa, pars suppurata debilis facta est, ac perinde in eã decumbent corporis excretiones, quæ in pus versę per suppuratam partem emittuntur. Nec obstat historia Eurianactis filię, cui 3. Epid. part. 2. suppuratio in sede contigit, & mortem obijt: parua namque suppuratio facta est. Hæc autem debet morbi vehementiæ respondere, de exterioribus suppurationibus sermo hic est, non solum de grauedine.

Si in ventrem sanguis præter naturam effusus fuerit suppuretur necesse est. 6. *Aph.* 20. 15

Suppuratio hic non exquisite accipitur, sed ad omnem sanguinis corruptelam sese extendit,& vsque ad grumos ventrem dicere potes quemlibet locum extra venas.

16 *Qui empij aut hydropici vruntur aut secantur si pus aut aqua vniuersim effluxerit moriuntur. 6. Aphor. 27.*

Quoniam valde multum atque repente mouere periculosum & naturæ inimicum.

17 *Quibus pus nullam sui dat significationem ob crassitudinem sui, aut loci non se prodit. 6. Aphorismor. 41.*

Suppurata pars non adeo tactui renitens esse solet vt sana in vniuersum, at aliquãdo pus est adeo crassum & durum vt parti sanę ęque renitens sit, quod difficultatem nõ paruam parit chirurgo, fert aliquando in dignotione difficultatem hanc non humoris qualitas sed eiusdem distantia.

18 *Putrescit necessario omentum si exciderit. 6. Aphor. 58.*

In Choacis etiã pręnotionib⁹ repetita est sentẽtia hæc & in lib. Hipp. de morbis scriptum est: porro mala supra mala euenire necesse est vt rigori febrem & omento excidẽti putredinem, causa est manifestá.

19 *Putredo aut suppuratio ab erisipelate malum. 7. Aphor. 20.*

Neces-

Neceſſaria eſt humoris craſsities vt dictũ eſt ad ſuppurationes: cum autem eriſipelas putreſcit decet bilem comitare ſanguinem, atque malę ſunt hę ſuppurationes quoniam duplici humore vexatur natura quem pars eriſipelate intemperata malè coquit, cui vlcera etiam difficiliora ob eandẽ cauſam.

Suppuratio à diuturno dolore partium ad ventrem.7.Aph.22. 20

Suppurationem dicit futuram non bonã, aut malam ſignificationem, quod ſi eã ſit circa meſentherium aut hepatis pelliculã aut lienis non adeo grauis erit, ſi verò occupet hepatis aut ventriculi aut inteſtinorum ſubſtantiam, periculo plena affectio eſt.

Quibus purulentum iecur aduritur ſi purum pus effluat & alnum ſalui fiunt, in tunica enim pus continetur ſi qualis amurca pereunt.7. Aphoriſmor.45. 21

Etiam in membris interioribus eſt pars externa & interna, vt in hepate: exterior pars eius eſt tunica interior parenchyma aut hepatis caro. Si ergo externa ſuppuratur pars non adeo periculoſa, cum ſcilicet ſola tunica huius indicium eſt albũ pus. Si vero interna pars ſuppuretur vt amurcæ ſimilitudinem imitetur pus in corruptelam

hepar versum est periculosumque multum malum.

22 *Empyi cũ vruntur aut seccantur si purum & album pus effluat euadunt si subcruentum feculentũ fœtidum contra.* 6. *Aph.* 44.

Sic & in empyis si albũ pus bonum regentisq; naturæ signum est; si cruentũ subditę.

23 *Dum pus fit dolores ac febres magis accidunt quam iam confecto.* 2. *Aphorismor.* 47. 2. *prorrheticor.* 18.

Bullit materia dum pus conficitur vaporiosiorque redditur, flatus autem partes distendunt quæ dolent atque magis dolore vexantur & febribus accenduntur.

24 *Qui frequenter exudant ac insuper rigent pernitiosum, & in fine suppurationem habent ventresque turbatos.* Coac. 12.

Forte non quamlibet suppurationem hic intelligit sed putredinem: suppuratio enim à natura fit non victa, victæ autem signa hæc sunt.

25 *Quibus sanis horrores frequentes hi ex sanguinis effusione suppurantur.* Coac. tex. 19.

Aut vocabulum suppuratio multum à propria distat significatione, aut difficilis sententia est, aut ambo simul.

26 *Ex pulmonis suppuratione & circa ventrem ac clauiculam aliquando dolores & anxie*

sterte-

stertere sputi copiam in pulmone signific. Choacarum.22.

Syndromes hæc aliqua particularis fuit.

Quibus in febre dolores circa lumbos & inferiores 27
partes diaphragma attingunt inferiora relinquentes pernitiosi sunt, tum alias, tum si aliud prauum signum adsit, si vero non adsit suppuratum fore timor. Choac.117.

Manifestum est malum infra decumbens minus facessere negotium, si autem superius & in præstantiorem partem periculosum esse magis, pro quantitate & qualitate, sed si signa adsint non lethalia supra dictum est iam suppurationem significare.

Tumores cum febre in hypochondrijs si phleg- 28
monodes. 20. dies transcendant, & edematodes, si 60. suppurationem signif. Choac.122.

Satis constat tumores eo citius in suppurationem verti quo humor, & affectus locus calidior est: quare nulli dubium erit tumores dextros citius, tardius sinistros in suppurationes assuescere.

Consimilia significant & tumores circa ven- 29
trem his qui in hypochondrijs, verum minus suppurantur hi quam illi, minime vero qui sub umbilico sunt & fiunt; hi quidem in tunica illi vero sursum difusi. Choac.313.

His

Hi inquit de quibus nunc est sermo & illi de quibus non intelligendum est ; forte tunicam appellat mesentherium in quo sup purationes longissime fieri solent.

30 *Ad latus dolore ac suffocatione accedente hi sup purantur.* 123. *Choac.*

Egerat ante lib. autor de his qui circa exacerbationes tussiunt & maligne exudant, non tamen capio quare hi ante suppurationes non pereant.

31 *Suppuratis surditas oborta cruentam egestionem significat, his ad finem nigra prodeunt.* 468. *Choacar.*

An casus hic particularis? apparet.

32 *Horrore affecti frequenter ad suppurationem deueniunt. Choac.* 470. 480. 481.

Hoc vnum fuit ex supra dictis suppurationum signis.

Quæ ad tussim.

1 *QVibus siccæ tusses paulum irritantes in ardentibus perseuerant non admodum siticulosi.* 4. *Aphoris.* 54. *&* 60. *Epid. par.* 2. *tex.* 28.

Expurgare solent tusses humorũ redũdantiam (vt Gal. 1. Epid. par. 2. cõtex. 32.) sed nõ quæ siccæ sunt de quibus forte, in eodem loco

loco dicebat Hippocates tusses sequebātur sed quam offensam, aut iuuamentum facerent dicere non possum. leuiter quidem irritantes tusses siticulosæ non sunt, vt ait Hippocrates, sed quæ multum irritant siticulosę erunt quia pulmonem calefaciunt præsertim siccæ, nam quæ humidæ sunt, etiam si fortes sitim accendere non solent, humiditate enim circa fauces attracta siccitas quæ sitis comes est perijt.

Tußis in hydrope desperata res est. 7. aphorismorum. 47. 2

Vt signum, & vt causa mala tussis hydropicis est, vt signum, quia humorum redundantiam pectus iam occupare significat, vt causa, quoniam tusses molestia sua debilitāt vires: reliquum ergo est vt malo superaddito altero ęger succumbat.

Tußiculæ cum frequēti sputo parotidas tollūt 1. prorrh. sectione. 3. 74. 3

Septimo Epidemiō Hippocrates ait, grassabantur tusses populariter maximę pueris, multisque circa aures qualia satyris: ex quo forte libri autor sentētiam deprompsit vniuersalem, quæ quidem non adeò certam existimo vt sententia sonat, sed quæ casu quodam (vt contigit) contingere valet.

Atqui circa exacerbationes tußiunt & parum 4

exudant maligne habent. Choacarum. 122.

Nec tussire circa exaceruationes nec parum exudare seorsum aliquid mali significare solet, nec ambo simul iuncta significabũt nec causam inuenio. Alia ergo signa illustriora quærenda sunt, quæ certiorem præsagitionem ostendant.

5 *Tussis vehemens soluit insaniam. Iud. libro. & Choa.* 532.

Insaniam solui hęmorroidibus, ab Hippocrate testatum est in aphorismis, & experimento comprobatum, sed à tussi nõ adeò, forte incumbente materia ex cerebro in respirationis partes id fiet aliquando, sed nos vidimus nunquam & tãquam rarum debet explodi ab arte.

Quæ ad tabem.

1 *Tabes his maxime ætatibus, quæ ad.* 18. *ad.* 35. *annum, apho.* 9. *periculosissimæ sunt. Chod.* 489.

Manifestum est de vlcere pulmonis Hippocratem hic agere, consumptiones enim hæ merito his ætatibus contingũt ob sanguinis abundantiam quam generant & ob inordinatos motus ruptis pulmonis

4 venis, fieri etiam solent tabes vt Galen. do-

cet.3.Epid.parte 3.tex.32. à destillationibus capitis quas raucedines comitantur, ab his ætatibus non abhorrentibus quod de choacis affertur incertum est.

Tabis signa sunt horror, & difficultas spirandi in doloribus. (*hoac*.20. 2

Multa alia sunt ptysicorum signa, quæ ab alijs locis petere oportet, nunc de progn. est sermo.

Quibus tabidis sputum in igne graueolet & capilli de capite defluunt pereunt. (*hoa*.483. 3

Graue olere sputum in tabidis indicium est morbi mortalis, ob ea quæ Gale. 5. meth. & capillos defluere iã corruptæ ex haustęq; naturæ.

*Quibus tabidis in mare spuentibus pus ad fundum sedit breui pereunt.*484. 4

Sæpenumero pituita humoresque crudi in thorace congesti puris speciem ostendunt, Medicique falluntur ęstimantes ab vlcere fieri pulmonis esseque purulentiam verissimam, sed pituitosi & crudi succi aquæ innatant, submerguntur vero excreationes putridæ quæ à pulmonis vlcere procedunt. Quod si sputa hæc aquæ marinæ submergũtur (quæ crassior est multo) pernitiosiora proculdubio eadem ratione erunt.

Quibus tabidis capilli à capite defluunt, à pro 5

*fluuio alui moriuntur.*485.486.*Choac.*

Capillorum defluuium in tabidis cōsumptionem magis quā malignitatem significat, illamque adeo vehementem, vt nec ros gignatur, nec glutem cutis, cui capillorum radices inhærent. Quos verisimile est alui profluuio perire, aut colliquatione facta, aut quod sæpe in longis contingit morbis, ventre præ debilitate facto incontinenti.

6 *In tabescentibus sputa suppressa mentem ad nugas mouent.*487.*Choa.*

Verisimile est, sputis tabidorum suppressis febrem vehementiorum accedere, à qua & à vaporibus sublatis ex retento sputo nugationes procedere: sicuti etiam certum est in propinquo mortem esse, iuxta illud Hippocratis, prælanguentium deliria pessima sunt.

7 *Tabes periculosissimæ à ruptione venarum crassarum & à destillatione capitis.*488.*Choac.*

Nullam sentio tabem non periculosissimam, quando ad eam deuentum est, ac semper periculo pleni sunt ægri, nec interest, si à cane paruo, aut magno quis morsus est si semel eum rabies apprehendit, vidimus aliquos ex venarum magnarum ruptione tabidos postea liberos, ex reliquis nullum. Ex quo obseruauimus peiores quæ à destillatio

ne fiunt esse,& hoc fit quia causa rumpens venas progressu morbi minoratur, non autẽ sic causa exedens.

In tabidis post suppressam aluum pruriginosa corpora mala. 490. *Choa.* 8

In nullo fere morbo aluum supprimi bonum est, sed suppressa aluo tabidis cur pruriginem damnet nescio, cum emunctorium sit vniuersale cutis.

In habitibus tabescentibus cum febre fluxiones ad gingiuas, & dentes malæ. 491. 9

Sed neque causam inuenio cur fluxiones ad gingiuas & dẽtes malę sint tabescẽtibus, fluxiones enim similes deriuare videtur post se materias, aut cerebro, aut reuellere à pectore.

In tabidis eleuata hypochondria in tumorem pessima in reliquis omnibus mala. 492. *Choa.* 10

Cum tabidi debiles admodum esse soleant, & quibus sufficit morbus hic, vt à viuis decedant, manifestũ est si alius accedat morbus in maiori periculo positos esse, quãto morbus superueniens difficilior sit, tumores vero hypochondriorũ modo inflãmatorij, modo non difficiles curatu esse solent.

Ex his, qui diutina tabe perniciose consumpti sunt, aliqui ante finem rigore prehenduntur. 493. *Choacarum.* 11

Rigor ægro debili existente lethale, ait Hippocrates in aphorism. erit ergo tabidis valde lethalis, at non hoc sententia insinuat: sed solummodo aliquando rigores antecedere tabidorum mortes quod quidem non necessitatem aliquam, sed contingentiam ducit. Sententia omnino superuacanea.

12 *Pustularum eruptiones velut ferro lancinatæ habitus tabem significant.* 494. *Choa.*

Inæqualiter carnes lancinatorum ferro diuulsę & distractæ sunt, quare, & pustulæ similes inæqualiter carnes afficient, heterogeneitatem humorum nunciantes cum malitia; q̃ si similes humores in corpore redũdantes errent periculum est ne pulmonem inuadant propter causas quas. 5. meth. Gale. affert ibique exulcerantes tabem ferant, sed hæc à longe petita sunt.

13 *Difficulter expirantes ex putredine multa cruda adducentes in tabe pernitiose habent.* 495.

Sæpenumero ex defluxionibus à capite difficiles fiunt expirationes: quod si humores, qui in pulmones irruunt vitiosi admodũ sint exulcerare par est, à quo & tabem subsequi, qualiter autem species hæc tabis est deterior dictum iam.

14 *Tabi obnoxios supra ne purgato.* 4. *aphorismorum.* 8.

Curati-

Curatiuum hoc est pręceptum sed quod ad artem prognosticam reducere possunt Medici præsagientes ex medicamento expurgāte per superna malum futurum ęgris, causam quære à Galeno proprio loco.

Tabifici morbi in siccitatibus magis.3. aphorismorum.16. 15

Cum plures ex tabificis morbis ex deflu xionibus originem suam habeant, posset ali quis dubitare de præsenti sententia, sed cùm autumnus tabi obnoxius sit, videtur sicci-tates maximas habere partes in hac affectio ne gignēda. Quòd acritudines pariat humo rum quas genuerat æstas & quas digerere nequeat.

Cordis morsus.



Vibus vna cum corde totus pulmo inflā matur, vt ad latus adlabatur toti resol- uuntur & sine sensu frigidus iacet æger. 1
Choacarum.444.

Sita est in corde vitalis tota vis quæ cali do influente corpus totum regit & tuetur, quamobrem in simili affectu inflammato-rio sanguinem & spiritus calidum inquam influentem totum ad se ritu cucurbitæ cor trahit, hoc, reliquas partes omnes desertas

frigere

frigere virtutemq; resolui merito causatur, nec mirum videatur naturam vinci statim à duobus ita fortibus inimicis,cordis namque inflammatio vel leuissima periculosissima est, non enim membrum regium iniuriam aliquam ferre valet,at pulmonis inflammationes tales sunt vt plus periculi quam terroris inexpertis reddant, expertis vero plurimum simul terroris & periculis.

2 *Qui cum anxietate & sine vomitu exacerbantur male habent. 1.prorrh.sectione.2.tex.44.*

Cum in acutis anxietudo & per propriã cordis pasioné & per consensum ab stomacho fieri posit,oportet maxime aduertere à qua causa procedat quod tactu percipi potest,qui enim ab ore ventriculi patiuntur lçduntur & dolent vel facili manus compressione,quod si ab affectione cordis propria proueniat symptoma malignum est, propter ea quæ supra diximus:at si pasio fiat per consensum non adeò,contingit namque humorem labi secure,per ventrem inferiorem. quod autem sententia ait,sine vomitu manifesto declarat cordis propriã affectioné, solent namque vomere propè semper hi qui ab ore ventris anxietudines patiũtur,videor mihi sententiam hanc dignam esse vt inter

Hippocratis selectas annumeretur.

In anxiosis non vomentibus & lumbos dolentibus, si valde delirauerint & nigra procurrant spes sit. 1. prorrh. sectione. 2. tex. 53. 3

Incipientibus morbis si atra bilis sursum deorsum ve lethale inquit Hippocrates. & aliàs: excretiones nigrę si bene exeant bene. cum autem ex contextu non liqueat tẽpus morbi vniuersale, rationi consonum est de statu libri autorem loqui: potest ergo cõtingere quemquam vexatum ab humoribus prauis & nigris, tum anxietudines tum etiã lumborum dolores & deliria pati: nec tamen deploratum à Medico prudenti haberi: si humores praui & nigri per aluum procurrant. at dices delirantibus potius vomitus conueniebat (solent enim ægri sæpe ab ore ventris affecto delirare) ad quod respondeo quod tã ratione lumborum dolentium, quam humorum molestantium, per inferna euacuatio non dedecet ægros tales.

Animi deliquium oculi obscuratio breui cõuulsionem accersit. Choá. 252. 4

Nihil æque vtrumque afficit principium sicut os ventris, à quo sęuissima proueniunt accidentia, interque & hæc duo, primũ quidem cõmunicatis humoribus aut vaporibus ab eo ad cor, aut etiam corde sola vicinitate

consentiente, aut si mauis nimio stomachi sensu, quo afficitur ob plures neruos qui in eo inseruntur, & secũdum oculi scilicet obscuratio quæ à vaporibus aut humoribus ad radices oculi sublatis potest fieri. sicut & tertium symptoma in neruos deriuata materia, quod Galenus vidit in iuuene qui non æruginosum humorem sed æruginem ait euomuisse: contingere quidem ab illis duobus tertium potest symptoma, at necessitatem (qualem sententia omnis postulat) non inuenio.

5 *Anxietudo citra vomitum iactatioque mala lãcinatioque. (hoac.613.*

Os ventris ab antiquis cor appellatũ aut ob eius sensum aut consensum cum corde. dictũ est, quemadmodum anxietudines per vomitum leuẽtur, vt contigit Nicodemo. 3. Epid. parte. 3. tex. 81. quod si lancinẽtur ęgri nauseabundique nil euomant, causæ fixionem indicant: quare malum hoc si manet mortẽ minatur: nõ enim de qualibet breui iactatione & lãcinatione intelligere oportet.

6 *In febribus circa ventriculum vehemens æstus & morsus cordis malum. 4. apho. 65.*

Sæpe absq; febribus hos inuenies affectus, qui quidẽ solum tempore (pertinacia inquam) periculosi sunt, affectionemque efficiunt

ficiunt palpitationi similem, non autem legitima veraque palpitatio est, quia sedem fixam in corde non habet: hos ergo non oportet morituros prædicere, quemadmodũ nec eos qui acute febrientes talia patiuntur semel, cum posſint ab intercurrenti acceſsione critica talia pati: reliquum ergo est vt eos timeas valde in quibus & febris & symptomatis adest adhæsio: redeo ad id quod de palpitatione dixi & aduerto ꝙ si hanc (quę à ventriculo) palpitationem per consensum dicere mauis, illam vero quæ ab ipso manat pericardio propriam non peccabis, quinimo Galeno hoc in loco consenties.

¶ *Oris ventriculi dolor, præcordiorum pulsus febre perfrigerata malum, tum si insuper exudarint. Choacarum.* 317. 7

Suspecta hæc quidem sunt valde nec vtcunque periculosa simul iuncta: nã oris ventriculi sensatio tristis (modo sit ea quam dolorem dicimus modo quam anxietudinem) mala in acutis est. Præcordiorum pulsus inflammationem eorum significat, perfrigeratio si est extremorum lipiriam febrem, si omnium partium ita vt sine febre appareat æger malitiam & prostrationem, quibus verisimile est sudores diaphoreticos accedere sicut decretorios impoſsibile: nõ enim crises

adueniunt febribus tepidioribus aut declinātibus,sed vigētibus & ardētioribus. Quod si per nomen perfrigerata intelligas febri aduenisse rigorem nō dissidere oportet omnino,posset namq́ue euacuatio critica signo critico accedere.

8 *Oris ventriculi dolores cum tormine ventris animalcula erumpere faciunt. Choac.320.*

Nescio quare libri autor sententiā fecerit prognosticam falsam ex diagnostica vera,verum namq́ue est lumbricos(quantum in hoc)significari præsentes, ex oris ventriculi dolore & ventris torminibus, sicut falsum à ventris torminibus & oris ventriculi doloribus animalcula depelli:nam nec symptomata hæc animalcula expellūt nec ijs pręsentibus expelli necesse est,cum posint intus manere & occidere, vt sæpe contingit.

9 *Oris ventriculi dolor seniorem frequenter impetens mortem repentinam significat. Choa.321.*

Senioribus quilibet morbi suspecti habe ri debent merito,omnes enim ob ætatis superabundantiam viriū patiuntur defectū, vires autē debilitātur indies ab hac affectione,quæ aliquando seni accidere potest,vt ea inuicta patiens succumbat.

Quæ

Quæ ad metum.

IN febribus per somnum pauores aut conuulsiones malum portendunt.4.apho.67. 1

Quoniã plures ex mœstis tales sunt à partibus ventris quas hypochondricas dicimus, visum fuit nobis locum auferre propriũ (is erat ille qui de capitis affect.agit)& traducere ad hunc vbi de passionibus ventris. Sæpe ab ore ventris tum pauores tum conuulsiones atq; in febribus contingere solent absq; absurdo effatu digno, sed hoc non in acutis sed in diarijs febribus accidit, à cruditate febris calore vaporibus eleuatis mordentibus neruos & imaginationem lędentibus, quare in acutis intelligere est necesse sentẽtiã hãc in quibus sane symptomata prædicta vtpote deustę bilis flauæ significatiua: sic Galen. 1.Epid.parte.2.tex.75.

Si metus, & mœstitia longo tempore perseuerarint melancholicum est.6.apho.22. 2

Etiam cũ manifesta causa metus & mœstitia (cum multo tempore durant) futuram melancholiam morbum ostendunt, præsentemque melancholiã humorem, sed Hip. de chronicis agit in hac sententia, in acutis etiã contingere solent, Sed quæ periculosa sunt, & quę terminari solent in delirationem, quã

studiosam,Hipp.in apho. dicit. contigit ita Oeceti vxori,quæ obijt septimo die,vt constat,ex.3.Epid.parte.2.tex. 8. & Enixę filiam 3.Epid.parte.3.tex.73.

3 *Metus & mœstitia sine causa,ex refrigeratione in conuulsionem finit.Choa.4.*

Mœstitiam cum aliquo metu obseruauimus sæpe in his quibus morborũ imminent accessiones: at hæc à causa fiunt manifesta. Sed quomodo ex refrigeratione fiant, & sine causa nõ teneo,sicut nec quod sæpe symptomata hęc in cõuulsionẽ terminãtur:aliquãdo quidẽ poterit sicut cõtigit.3.Epi.parte.3. tex.85.mulieri in Cyzico.maneat ergo sententia firma ex.6.Epid. melancholia aut vergit ad animam aut ad corpus,itaq; si ad animã vergit metus & mœstitias, si ad corpus facit conuulsiones,est quando ad vtramque partem vt contigit supradictæ fœminæ.

4 *Qui ex timore cum perfrigeratione mente mouentur,febres cum sudoribus,& somni vocem aliquantulum intercipientes hæc soluunt.531.Choacarum.*

Signa hæc critica esse solent, quibus si succedat sudor morbum soluere possunt,& solent:hoc in acutis & in his & in Chronicis somnus delirationes sedare natus est.

5 *In pauidis quod ichorroidis sanguis reperiatur*

aut

aut in vigilantibus siue bonus, siue malus. 6. Epid. parte. 2. tex. 38.

In habentibus huiusmodi sanguinem præsagitio est morbos venturos melancholicos, nam non quodlibet serum ichor dicitur sed sanguinis atrabiliarij, qui virulẽtiæ malignitatisque particeps est.

Quæ ad fastidium cibi.



Ibi fastidum, & sinceræ deiectiones in morbo diuturno malum. 7. aphorismorum. 6. 5. aphorismorum. 61. I

Prope semper ægros acute ægrotantes cibos fastidire & abominare videmus, idque ab humoribus, & vaporibus contentis, aut translatis in ventriculum. Quos omnes vel bona diçta, vel febris calor consumit, vel medicamentum aut critica expulsio aut insensibilis euacuat. verum in morbis longis & viribus iam debilitatis, nec diæta conuenit exquisita, nec consumens calor, vbi medicamentum suspectum, & inepta virtus criticę expulsioni, merito ergo in lõgis morbis fastidium periculosum est, idque absque sinceris deiectionibus, de quibus suo loco. 1. Epid. parte. 2. tex. 34. Hipp. ait maximũ pessimum signum cibi fastidium ad finem

vsque

vsq; plurimos persequutũ est: Quod in acutis contigit. nec tamen mirum est cum constitutio pestilens esset, in qua plures pereunt quare cum symptoma hoc à duabus procedere causis soleat, Scilicet à virtutis mortificatione & ab humoribus(vt supra dictum à me & fuit à Gal. 3. Epid. parte. 1. tex. 11.) verisimile est in tali constitutione à priori causa fastidium ortum fuisse.

2 *Cibi fastidium, cordis morsus seu dolor, vertigo tenebricosa, oris amaritudo purgatione per superna egent.* 4. *apho.* 17.

Cordis morsus, & tenebrosa vertigo crisin in acutis antecedere solent, etiã cum cibi fastidio & oris amaritudine, quare, si subito hæc apparuerint, oportet motum expectare naturæ quod si non moueat, manifestum est quod Hippocrates docet: sicut & medicamentum calologum esse debere, at in longis morbis in quibus suspectę purgationes (& magis supernę) dubitare posset aliquis de medicamento expurgante: sed hæc alterius sunt speculationis, quod si mihi licet extra rẽ loqui, affirmarẽ debere purgationes moliri pro virib⁹ ęgri, siquidẽ nũquã hæ ad tãtã accedũt debilitatẽ vt nullã ferant vacuationẽ. Redeo ad inceptũ & rẽ propriã prognosticam, cui addo(ex Galen. 3. Epid.

parte. 2.

parte secunda text. 30.) quod non edere ęgrum quæ appetiuit emorientis virtutis est signum ob genus hoc fastidij existimo contingere, quod Gal. 3. Epidemion part. 1. tex. 11. & 3. Epid part. 3. tex. 58. deuenire ęgros sępe vt malint mori quam edere. Fastidium malitiæ signum Galen. 3. Epid. parte secunda tex. 7. inquit sed reliqua aduertenda signa, propter ea quæ supra dicta sunt. 3. Epid. part. 3. tex. 34. fastidium nimis soporosis coniunctum esse scriptum est.

Quæ ad famem.

Non satietas non fames nec aliud quod naturæ modum excedat bonum. 2. Aph. 4. 1

Quemadmodum fastidium nimium in chronicis morbis quam in acutis significationem præbet maiorem, sic & fames, quæ quidem in acutis forte nec quicquam significat mali, at in longis subsequi solet grauissimos morbos, veluti ptisim habituales febres, & denique maximas consumptiones, oportet ergo in morbis longis ciborum appetitus moderatus ob ea quę ante dicta sunt, at in acutis sufficit cibos non abhorrere. Quemadmodum à Gal. capies, qui inter salubria hoc ponit signum. 1. Epi-

 demion

demion part.3.tex.23.nam cum acuti morbi maximam partem febres habeant continuas,& calidas intẽperies,hæ verò inappetentiam efficiant,sufficiens ad bonum signum his erit non abhorrere cibaria.

2 *Si à morbo belle comedenti corpus non proficiat,malum.2.Aph.31.*

Cibi penuria aut defectus non solum vultũ Hippocraticum reddit, sed & corpus totum,at cum alimenti moderato vsu auideque suscepti conualescentem etiam extenuatum esse,manifestum signum est prauorum succorum,præcautionem futuri damni scripserat Hippocrat. hoc eodem libr. sententia.8.

3 *Qui aduersa valetudine abunde initio comedũt nec proficiunt hi fere omnes cibos post fastidiunt, contra qui.2.Aph.32.*

Natura mater prouida non solum ex bono bonum homini causatur sed ex malo sæpe, hac de causa cibi auersionem molitur in ęgritudinum principijs nimirum vt abstinentia leuetur sarcina & virtus valentior super reliquum maneat,& signum (alioqui malum)simul vt signum & vt causa bonum prædicere, ergo artifex Medicus proculdubio valebit ægros omnes qui inter initia bene appetunt & edunt in grauiores mor-

bos

bos caſuros atque perinde in cibi faſtidia.

Quæ ad ſitim.



Odico vtentes potu phrænitici tremorem incurrunt ſtrepitum tentātes. prorrh. ſect. 1. 16. 1

Quemadmodum fames & pro ſenſatione triſti & pro in geſti penuria aliquando accipitur, ſic & ſitis, itaque modico vtentes potu, &c. inquit autor prorrh. cauſam huius ignoro, immò vero exiſtimo veriſsimum hanc vnam eſſe ex ſyndromis quæ caſu contingunt, phręniticos quidem modico vti potu tanquam qui dolorem non ſentiunt accipio, & habeo pro comperto, reliquum de tremore non teneo, tamen quod capit. de de tremore ex Hippocr. tulimus, tremores in mentis lęſionem deuenire.

Qui dum purgantur non ſitiunt, purgandi finis non eſt donec ſitierint. 4 *Aph.* 19. 2

Et hoc quodammodo recidiuæ futuræ ſignum eſt: cum enim humiditates redundent in corpore poſt purgationem (quarum redundantiam ſitis arguit defectus) veriſimile eſt quæ relinquuntur recidiuas efficere.

3 *Sitis quæ non ex ratione in acutis ſoluitur mala.* 1.*prorrh.ſect.*2.22.*Choac.*63.

Solent in acutis ęgri non ſitire aliquando ob humoris qualitatem, vt ex Galen. patet.
1 1.Epidem.parte.2.tex.34.non de his ſententia eſt præſens, ſed eos ſolum reſpicit ęgros, qui cum ante ſiti vexarentur ſiti iam libera ti ſunt, oportet ergo conſiderare ſi liberatio ſympt. huius bonum an verò malum portendat, idque fiet conſideratis eius cauſis, quæ tres ſunt, aut morbi ſolutio, aut mentis alienatio, aut virtutis proſtratio, & veluti ca daueratio. vt.3.Epidemion parte.1.tex.5. liquet. Si ergo cum morbi ſolutione hoc eſt, cum euacuatione effatu digna ſit, cum non pręter rationem, ſed ſecundũ eam ſitis amiſſio contingat manifeſtum eſt ne quicquam portendere mali, reliquum eſt, vt ſitis ſolutio, quæ ob mentis alienationem, aut ob facultatis appetentis proſtrationem fit, mala
2 habeatur, mala vtraque eſt quidem ſed non ęque: nam quę ſitis ſolutiones fiũt à mentis alienatione ſolum ſignificant læſionem facultatum cerebri rectricum à qua ſæpenumero, ſine maximo abſurdo ægri liberãtur (cõtingat exconſenſu aliarum partium, aut eſſentia propria) mala ſitis hæc ſolutio haberi debet ſed non adeo, vt ea quæ ob ven-

triculi cadauerationem contingit. Inter alia quæ hoc signum perniciosum confirmant, sunt linguæ, quibus lingua arida sine siti aut amentiam aut prostrationem significat Galen. 3. Epidemion parte. 1. text. 5. itaque ob tria non sitiunt ęgri: in acutis ob humoris qualitatem frigidam & humidam (quo casu abest linguæ ariditas) & ob alienationē mentis & prostrationem appetitus de priore inquit Hippocra. 1. Epid. parte. 2. tex. 34. non sitiebāt ęgri & de vltimo & tertio modo idem Hippocrat. constitutione sequenti text. 75. hac eadem causa non sitiebant ægri. 3. Epidemion parte. 3. tex. 14. hæ sunt historiæ de his qui siti carent in ardentibus propter humoris qualitatem aut ventriculi cadauerationem, illi qui ob alienationem mentis nunc non suppetunt, sed aduertendum quod solent sæpe ægri sitire solum arescentibus locis circa os, hanc sitim superficialem, Galen. dicit. 6. Epidemion parte. 4. tex. 22. at hęc non excitatur à magno aliquo affectu & exigua est. 3. Epidemion part. secunda est historia Eurinactis filiæ non sitientis in acutissima febri tex. 3.

Quæ ad ructus.

1 QVi acciduit ructant non admodum pleuritici fiunt. 6. Aph. 33.

Cum acciditas prope semper à frigore oriatur & pleuritis ab humore bilioso quasi semper, vt ait Gal. 1. de locis affectis fiat, verisimile est accidú ructátes esse, velut in portu & liberi à pleuritidis incursu, nec te decipiat pituitosa, & spumosa eκcreatio, quæ in principio pleuriticis cótingere solet, hæc enim à pituita tenui nón in parte inflammata contenta sed à capite aut aliúde demandata in pulmones irruit.

2 *Ructus accidus prius non existens in longis lienterijs signum bonum. 6. Aph.*

Bonum quidem quia naturam oblitam actionis suę reminisci significat.

Quæ ad singultus.

1 *SIngultu habito sternutatio superueniēs morbum soluit. 6. Aph. 13. & 4. acut. 68.*

Singultus solutionem ex sternutationis pręsentia prædicere valebis, si prius causas tenueris eius,

nam qui singultus ex inanitione, aut intemperie procedunt nequaquam sternutatione, soluentur. Soluētur autem hi qui ab humoribus, quibusuis imbibitis in ore ventriculi excitantur, concussione namque mouetur humor alio ex cuius latione singultus liberatio succedit. Hippocrat. sententiam audacter confirmat Eximachus Medicus apud Platonis cōuiuium qui Aristophani cōsulit suo singultui medeatur sternutamento citato ab stimulatis naribus.

Singultus & oculorum rubor à vomitu malum. 7. Aph. 3. 2

In acutis morbis restringe sententiam hanc, contingere namque potest etiam sanis degentibus singultus à biliosorum vomitu & ob humores sursum delatos oculos rubere, etiā in acutis possent hęc omnia apparere sine noxa effatu digna, sed suspecta haberi debent.

Singultus senibus supra modum purgatis non bonum. 7. Aphor. 41. 3

Habito sicut & conuulsionem singultū ab inanitione & repletione fieri, eamq; quę ab inanitione fit periculosissimam esse, verisimile est singultum qui & superpurgatis contingit ab inanitione factum ac perinde periculosum fore, sed nec hoc ita verum

sem-

semper est vt aliquando aliter non accidat: vidimus namque à medicamento euacuatos conuulsionibus & singultibus arreptos quos mors neutiquam sequuta est, quoniã non ab inanitione sed ab humorum mordicatione orta sunt. Id autẽ quod de senibus inquit vires auget prognostico, quia eas facultati detrahit, nec audiendi sunt, qui contra sentiunt, dicentes minus periculosam affectionem hanc senibus, quod sit proportionata magis siccitas, à qua singultus demanauit eãdem sententiam, fere & si auerso ordine explanaui in verbo conuulsio ex Hippocrat. 5. Aphor. sententia. 4. nisi quod illic malum ait esse, hic vero non bonum, quod quidem ansam præbuit supra dictis scriptoribus ad sentiendum, quod dictum est, videlicet singultum superpurgatis esse malũ, & senibus non bonum, quasi Hipp. significaret, minus malum.

4 *In singultu & spiritu delirium lethale. Choacarum. 96.*

Singultientes, & respirantes, rara, & magna spiratione, periculum minari significat, sic enim intelligo debere intelligi in spiritu delirium, nisi forte inequalem respirationẽ autor demonstrare voluerit translatitie loquens, vtcumque est sententia in acutis vera,

vera, nam & ſingultus ſolus, & delirium ſolum non contemnenda ſunt ſymptomata, quanto magis iūcta ſimul, quod ſi inęqualem reſpirationem intelligas non liberaberis à timore: hæc enim delirio adiuncta dolorem etiam oſtendit, quæ cum ſingultu timenda venit magis.

Singultus ab ileo vomitus deſipientia & conuulſio malum.7.Aph.10. 5

Malus ſingultus non ſimul cum ſupradictis in ſententia, ſed quolibet eorum ſeorſum, in ileo vomitus eſt Galeno pernitioſus tanquam ſignum delirantis naturæ, aut ſi mauis impotentis ducere per loca conuenientia, at ſingultus peior eſt in ileo quam vomitus, quantum vomitus eſt periculoſus minus quam conuulſio. 6.Epidemion parte.2.text.9.enixa quędam vomuit ſingultijt & obijt.

Singultus malus propter iecoris inflammationem.7.Aph.17. 6

Cauſas quęre à Galen. alia duo prognoſtica ſunt hac de re, primum inuenies in libr.iudiciorum, & in hoc verbo icterus, numero ſexto, alterum in Choacarum & in hoc verb. vomitus, numero. 22.

(?)

Quæ ad vomitum.

1 *Vomitio vtilißima est si pituita ac bili permixta quam maximè est, si non multa nec crassa, sincerior enim deterior. 2. prog. 38.*

Forte sententia hæc non attinet ad nostrum institutum quod est de bonis & malis agere, non tanquam causis, sed tanquam signis, quæ sæpe contraria inter se sunt, quẽ admodum in præsentiarum. Vbi Hippocr. vtilissimum vomitum dicit pituitę cum bile cõmixtę, quasi diceret bona causâ existit, & signum malum: bona causa quia morbi materia decrescit, malum signum quia quo plures humores redũdantes sunt, affectiones erunt difficiliores, ita vidimus in tertianis notis & hemitriteis, quæ ideo difficilia reperiuntur, hoc idem Galen. affirmat in libr. Epidemion sępius dicens pessimos esse morbos qui vtriusque humoris tam crudi quam biliosi, superabundantiam habent. Præterea (omitto vomitum iudicatorium, qui quidem vtilis est) reliqui vomitus in acutis mala præbent signa: est pituitosus malus ob ea quæ dicta sunt, quoniam vterque humor redundat. Frigidus qui euiden-

ter apparet, & calidus qui acutam efficit febrem, biliosus malus etiam est, cùm enim sit è genere excretorum non statim appareat oportet (quilibet is sit) & quo peior humor significatio peior, hac de causa, & vomitus atrabiliarius malus est, & quoniam inter initia, & quoniam humor prauus. Vomitum sanguinis nemo (nec inter initia, nec post) sanæ mentis laudauerit terrorem & merito inducere solet, scio huius sententiæ explanatores contra sentire, & existimare vomitum supradictum non tanquam causa, sed tanquan signum bonum esse, opponentes vomitui commixto sincerum, quod quidem significationem maiorem mali præstat, ob rationes â Galen.allatas, sentiat quisque vt velit, nunquam inter initia morborum vomitus etiã permistos bonos auderem dicere tãquam signum. Mihi enim signa sunt, non bona, sed mala, & ex quibus morbi grauitatem prædixi sæpe ob eam quę antea dicta est rationem, videlicet, quod vacuatio sit redundantiæ signum, & ante tempus tentata, & si parcus fuerit vomitus non modo pituitæ, vt tenet text. sed etiam reliquorum humorum minus mali significabit, quia minus copiæ. Quod contingit etiam multis alijs

euacuationibus inter initia habitis,quę quo minores sunt minus malę,id experimur in variolis morbilis, atque etiam in tabardillo. Aëtius capitul. de febribus cum viuicibus hanc nostram sententiam probat,quid quod vacuationes tẽtatæ sũt malę,ad quod respondeo nunquam esse bonas, sed peiores in statu aut augmento.

2 *Si porracea,aut liuida,aut nigra, mala.2.prog. 39.& Choac.607.*

Ex his quæ antea dicta sunt manifesta hæc sententia est,argumento sumpto à minori, si enim quilibet vomitus est malus inter initia peior erit, quo humor erit malignior, scio te scire iam causas horũ colorum, vt qui vel vstionem nimiam, vel caloris natiui extinctionem manifestent.

3 *Si omnes vomantur colores exitiale admodum est.2.prog..40*

Eodem argumento, & hoc patere omnibus existimo, si vnicus humor malus est & plures peiores sunt,omnes exitiales valde erunt.

4 *Vomitio liuida si graue olet ocyßimam indicat abolitionem. 2.prog 41.*

Duo hæc symptomata in excrementis quibuslibet grauissima sunt:liuor enim vel melan-

lancholicum humorum permistum vel natiui calidi prostrationem nunciat: fœtor verò vt Gal.ait.3.Epi.par.2.tex.9.agens de vomitu in perpetuum perniciosus est, tu vniuersaliter intellige fœtorẽ nimiũ malignę putrescentiæ signum esse,quare signũ præstauit perniciosum tam in vomitu quam in sudore,quam in halitu & perspicatione cutis quę per spatia ratione contemplabilia exhalat, in deiectionibus nõ ita malum (si nõ exuperat)est vt patet.3. Epid.par.1.text.20. Merito ergo vomitus liuid⁹ & fœtidus ocyssimam indicat abolitionem.

Omnis subputris ac fœtidus odor in omni vomitione malus.2.prog.42. 5

De hac dicta sunt quæ sufficiunt sic vt nisi omnes sentẽtias prognosticas quę apud Hippoc.reperiuntur traducere decreuissem eam omnino silentio commisissem.

Morbis quibuslibet incipientibus si atra bilis supra infraue exierit,pernitiosum.4. Aphoris.22. febrienti.Choac.75. 6

Nec de hac habeo quid noui dicam vt quę explanata à Gal.optime sit,licebit tamẽ eam confirmare historijs eiusdem Hippo. & Galen.autoritate,ille quidem.1. Epidem. part.3.tex.29.narrans de homine qui ante cęnam incaluit,& in cęna liberalius bibit.7.

 die

die vomuisse nigra obijsseque.11. principiũ erat morbus septimus dies siquidem cruda erant omnia, huic solo signo tantas tribuit Gal.vires vt.1.prorr.par.2.com.37. affirmet illud solum absque alijs signis prauis perniciosissimum esse,nec obstat quod.1. Epidemion parte3.tex.22.Epicratis vxor vomuit nigra,& liberata est. Vomitus enim hic cõtigit.20.die cum ante.11.die signa habuisset aliqua coctionis, maneat ergo irrita sententia supradicta ab Hippo. allata & simul experimento confirmata ab eo, à Galen. & à nobis qui sæpe ob hoc solum sig.malũ prædiximus:malum quod ægri fugere non valuerunt, de vomitu nunc mihi sermo est, nam de deiectione, quam etiam sententia continet,aliàs erit sermo, & aliud forte iudicium.

8 *Sanguinem superne efferri qualiscumque sit malum inferne niger si deyciatur bonum.* 4. *Aphoris.*25.

Cum de vomitu solo nobis sermo sit solum nobis interest, vt partem priorem solam attingamus, quã intelligere oportet in acutis febribus,nã sine febre sæpe vidimus, vomentes sanguinem absque multo incõmodo fateor me conturbatum primis diebus, postea verò securus speraui salutem

ægro-

ægrorum, quæ secure succeſsit, ſæpius nimirum ſanguinem redundantem in corpore ab hepate vel etiam à venis per hepar & meſeraicas in ventriculum natura pellente & foras expellente antequam concreſceret, quod ſi concretus intus maneat ſæuiſsima fert ſymp. & mortem minitantia præſentẽ ſed quę non ſemper conſequatur. Nam etſi ægros hos ſudores frigidi pulſuum aſphigiæ ſpirandi difficultates vel etiam apneæ teneant ob concretos grumos, fieri ſolet vt natura velut repẽte eos ſoluat, & valida dominetur virtus, ægerq; qui tanquam deploratus à Medico relictus eſt ſalutẽ nanciſcatur.

Qui ſanguinem vomunt ſi ſine febri ſalutare cũ ea malum, curatio refrigeratione & adſtrictione perficitur. 7. Aph. 37. 8

Cum nulla præcedit febris aut morbus cuius ſignificationem malam aut bonã præbere ſanguinis vomitus poſsit, veriſimile eſt ſalubre non ſignũ ſed ſalubrem cauſam ſignificare, itaq; ſanguinis vomitus abſq; febri vt cauſa ſalubris eſſe ſolet, rationem retulimus ſupra præcedenti context. videlicet, quia exoneratur corpus oneroſo ſanguine quo nimis grauabatur.

A ſanguinis vomitione tabes & puris ſuperne purgatio. 7. Aph. 78. 9

Non

Non habeo quid de hac sententia dicam præter quam quod Galen. eam videlicet esse inutilem, & in artificiosam syndromem, Habeo tamen quid circa eam edisseram, ni mirum de morbis qui alios sequi solent, & ex consequentia eius quod non est ad id quod est deueniendo inquam, quod quæ per signa significantur euenire solent sæpe, sed signa non semper venturis præcedunt, vt Galen. 6. Epidemion parte. 5. text. 14. si enim pars ante morbum dolet euenire solet quod per dolorem huiusmodi Hippocr. docet, videlicet futuram eo loci morbi sedem. Tamen absque dolore in parte potest in ea tanquam in morbi sede firmari morbus subito irruente humore, contra ac in præsenti sententia, nil enim coniunctionis aut affinitatis tabes cum sanguinis vomitione habet, habent autem multę aliæ affectio nes cũ alijs vt febris cum rigore & putredo omenti cum eius extra per vulnus appa ritione. Sequũturque quædam alia vt termi no Hippoc. in libr. de morbis vtar, hocque sine insigni significatione: nã nec rigor an tecedens, nec febris subsequens, nec putredo omenti, multas habet vires ad significandum in posterum. Eueniunt præterea aliæ affectiones, alijsque tanquam signa

præ-

præueniunt futuro bono, aut malo. Vt quartana succedens epilepsiæ signum bonum est, sanat enim eam & febris superueniens conuulsionem, catarrhũ & asthma, diarrhea signum bonum in ophthalmia, accidus ructus in lienteria sic pleuritis à pulmonia & phrænitis à lethargo futuram nuntiant salutem. Hęmorrhoides inflammatę medentur melãcholiæ lienis scirrhis, varicibus & multis alijs morbis qui à melancholia pendent de his Galen. 6. Epid. contex. vltimo.

Vomitio & animi defectio & exolutio fit à tuberculi introrsum eruptione. 7. apho. 8.

Etiam sententia hæc agit de his quæ alijs affectionibus succedere solent, de quibus satis supra dictum est. Ob quod & ob id etiã, quod potius ad demõstratiua quam ad prognostica signa pertinet, licuit nobis eã linquere, sed licet etiam dubitare quamobrem Galen. & alij explanatores de loco phymatis non fecerint memoriam: nam si locũ intelligamus extra ventriculum videtur difficile, qua via in eum pus irruat vt posit vomitu expelli, etsi intelligamus ventriculum ipsum locũ phymatis aut apostematis fuisse. Non propriè dictum est intro rumpi, melius enim dixisset Hippocrates extra, cùm ad partem exteriorem deuertat materia. Cogi-

tanti mihi hæc memoria accessit cuiusdam ægri quem dum praxim adolescens exercerem vidi, hic non in ventriculo sed in pulmone, & latere affectus est, postea empius factus materiam plurimam putridã excreauit per asperam arteriam, & per gulam: ex quo aduerti quod (cum omnia sint transpirabilia) à septo transuerso in ventriculum puris portio resudabat ei, qui tandem ab sputo & vomitu puris nimio exolutus breui obijt. at hæc rara sunt, raro enim empij euomunt. Sed quid ego sentiam (de ventriculi phymate inquam) ausculta: si extra ventriculum intra viscera rumpatur exolutionem efficiet absque vomitu, & cum animi defectione aliqua, at si intra ventriculum vomitum efficiet & multam animi defectionem vellicãte putrida materia os ventris.

11 *Vomitus cum varietate mali, tum aliàs tum si mutuo sese prope sequantur.* 1. *prorrh.* 1. *sectione.* 12. 26.

Hæc prope vomitus cõsequutio ad tempus Galen. refert tanquam lib. autor velit, crebriores vomitus peiores, quod bene verum est, quod si non ad tempus sed ad colorem referas non falsè nec stultè egeris, eritque sententiæ sensus, sic, diuersorum colorum vomitus praui, & præsertim si tales sint vt

mutuo,

mutuo,& prope consequantur,ita vt primo porraceam materiam post liuidam post nigram euomat patiens, mutuo enim & prope colores hi consequuntur , nam si longe consequantur ita vt bilis pallida euomatur post liuida poterit liuor contingere sine absurdo nimio ex pallidę bilis permistione, & alterius humoris quod in cōsequutione colorum prius dicta locum non habet:nā porraceus color adustionem,liuidus maiorem niger maiorem indicat,quare quod malum color prius insinuat secundus affirmat & te statur tertius.

Vomitiones sinceræ, atque implacidæ malæ. 1. prorrh. sectione. 2. 28. 12

His quæ de sinceris vomitionibus Gal. sup. Hip. in prog. addere licet, non quælibet humorem sincerū si naturali similis sit prauum esse, sed eum qui prauus & malignus est: hic enim opus habet mixtione alterius humoris benigni qui eum demulceat,& velut compedibus eius teneat furorem , forte ad huius distinctionem autor lib. addit implacide. audisti causam ob quam vomitiones sincerę humorum prauorum malæ sint, tanquam causæ,erunt etiam & tanquam signa,quoniam vehementiorem prauitatis modum significant.

13 *Si vomitus exigui biliosique fuerint, malum, tũ aliàs, tum si superuigilarint narisque in his stillãs malum.* 1. *prorrh. sectione.* 2: 47. 616. *Choa.* 614.

Etsi vt antea dictum est euacuationes omnes irritæ, & ante humorum coctionem habitæ quo copiosiores sint peiores ob supra dictas causas (significant enim maiorem irritationem aut maiorem quantitatem, aut qualitatem maligniorẽ humorum tãquam signum intellige, non tamen) tanquam causa. Contingit enim sæpe has irritas euacuationes causas esse salutis, ac leuata sarcina virtutem supra residuum insurgere. Hoc hęc innuit sentẽtia, quæ digna est vt in aphorismo scripta foret, vomitus inquit exigui mali sunt tanquam signum aliquatenus & tanquam causa boni esse nequeunt satis, fuissent forsan si copiosiores ob ea quæ dicta sunt, confirmat sententiam hanc Hippocrates. 3. Epid. parte. 3. in historia Heropiti, qui inter initia multa biliosa euomuit atq; mortẽ fugit, etsi sero. 100. scilicet die, quod ait de naris stillatione eiusdem generis est symptoma in excretorum specie, quemadmodum peruigiliũ ex eis quæ in actione læsa contingunt, quæ omnia vires addunt in significando.

14 *Quæ in acutis morbis vomendo, &c.* 1. *prorrh.*

prorrh. ſectione. 3. 25.

Syndromes hæ ſunt compoſitæ ex varijs,& quæ non omnino cohęrent.

Vomitus meracus his qui ſupereguerunt in fe 15
bre anxij tremuli malum. Choac. 45.

In tertianis exquiſitis acceſsionum initio, hæc omnia contingere ſolẽt, rigere videlicet,& anxios, & tremulos ſincera euomere, nam humor in ventriculum irruens oſque eius vellicans anxietudines compatiente corde molitur quibus tremor ſuccedit ob cerebri communicationem.

Vomitus æruginoſi in capitis doloribus cũ ſur 16
ditate vigilantibus cito inſaniam excitant. 183. *Choacarum.*

Vigilia nimia phræniticos antecedere ſemper, quaſi ſolet ſurditas, quandoque (vt in verbo ſurditas ſpecialiter eſt explicatum) à vẽtriculo cerebrum compati diximus modo, non mirum igitur imo neceſſarium eſt, vt qui hæc tria ſimul patiatur in acutis inſaniam incurrat cito.

Quibus eſt vomitus ſanguinis febris multa, & 17
dolor circa mammã, thoracem, & dorſum breui pe
reunt. 476. *Choacarum.*

Abſq; ſanguinis vomitu vidimus ægrũ acute febrientem & vehementer his dolentem locis, inflammatis, ſcilicet partibus om

 nibus

nibus ex cuius miſeria veritatem ſententiæ huius experti ſumus.

18 *Vomitus ruber cum neceſsitate doloroſa ſi vomatur lethalis.*612.*Choac.*

Vomitus rubeus (ſanguineum intellige) cum dolore inflammationem alicuius intrinſecæ partis minatur, quælibet autem interna inflammatio ſuſpecta merito haberi debet maxime, grauiores morbos in lib. de ratione victus Hippocrates numerat, qui omnes ab inflammationibus vim habent, cauſam quære ab alijs, hoc enim eſt alterius loci.

19 *In nigris vomitibus ſurditas non nocet.* 615. *Choacarum.*

Hanc doctrinam tanquam parum artificioſam à lib. arcere ſtatueram, tamen ne aliqua deſideretur ſententia, ſententiam mutauimus; & vice cōmentarij addimus verba hæc nec prodeſt.

20 *Pauci fientes, celeres, bilioſi, meraci vomitus mali in alui ſubductione vberiore, & pertinaci lũborum dolore.*617.

Et ob ſinceritatem, & ob paucitatem humoris bilioſi, & ob frequentiam malus eſt vomitus hic eo modo quo ante dictum eſt, quod autem ait in copioſo alui fluxu & doloris in lumbis tenacitate etiam mala erunt,

vacua

vacuationes enim quæ non conferunt malę sunt. Sed hæc artificij vacua sententia est, & quæ inter syndromes annumerari potest. Si enim coniungis varias affectiones in infinitum ars crescet.

In vomitu si quis siticulosus fit, & sitis exors fiat malum anxiosis vigilantibus. 618. *Choa.* 21

Siquis in acutis antea siticulosus post vomitum sitis expers fiat nõ absurdum nimis est, potuit namque humor qui sitim inferebat euacuari vomitu, simulque ægrum, & à morbo & à symptomate liberari, non tamẽ hic in anxietudine & vigilia perstabit vt sententia tenet, quod si perstat, signum euidẽs est, humores prauos non vacuatos: fuisseque per vomitum illegitimam, & irritam euacuationem & quam suspectam habere decet. forte sententia hæc in verbo siti conuenisset magis, si placet illuc transfer.

In meracis vomitibus singultus & conuulsio malum, ita in expurgationibus. Choa. 621. 22

Si meracus humor malignus sit vt prope semper esse solet (eo modo quod dictum est) & in partibus ventriculi fluat, non mirũ est si singultum faciat, erit hic quem dicũt barbari non proportionatum, nos autem à mordicatione factum, qui nec ex inanitione nec ex repletione causam habet. Quare vo-

mitus

mitus hic etiam si meracus non prauum affert signum, vt qui posit decretorie à natura operari. Quod si singultus aut conuulsio permaneant suspicionem siccitatis atque periculi meri præstabunt, cætera igitur considerada sunt.

23 *Qui vomituri sunt antea sputationes faciunt. 622. & infra. 620. ad. 628.*

Non de vomitu tanquam bono aut malo hic agitur sed de futuri præscientia: hæc autem nimis est Medico necessaria ne ei cõtingat quod imperitis solet, qui videntes ægrum repente & sine præmeditatione vomitibus vexari remedia plurima parant (immo vero damna maxima) vt eos cohibeát, quod si Medicus præscisset futurum vomitum eumque in salutem ægri humores euacuaturum, nec ipse perturbaretur nec infirmo noxas inferret. Sputatio vnum est (vt dixi) ex signis vomitus futuri, reliqua quære à prognost. Hippocratis aut à lib. de crisibus Galeni. Non enim nobis mens fuit alienis replere papirum, vomuit virulenta qui Indealcis horto. 3. Epid. parte. 1. tex. 20. & Philistes parte. 2. tex. 1. & 3. text. 77.

Quæ

Quæ ad hypochondria.



Ypochondria saluberrima si dolore vacant, si mollia & æqualia dextra ac sinistra parte, si contra, contra. 1 *prog.27.*

De hypochondriorum signis malis acturus Hippocrates, de bonis agit prius, vt Medicus lepram à lepra, imo vero cutis lenitatē à lepra distinguere valeat, scio tex.alia plura verba continere sed nullam rē eum coarctauimus industria, sed ad rem venientes dicimus quod. Quæ dicantur ab Hippocrate hypochondria, vel terminus ipse docet quiquidem idē pollet quod sub carthilagineū, quare ea pars, quæ sub mucrone aut ensiforme à ventriculo ad vmbilicum extenditur, hypochondrium est, sermone vniuersaliore, sed specialiori hepar & lien per hoc nomen significatur, cū semper dextrum aut sinistrum addatur ad omonymiā euitandam, quod si quando hypochondriū simpliciter legas antonomatice hepar oporteat intelligas, vt Galen. in historia Hermocratis. 3. Epid. parte. 1. tex. 5. (siue hypochondria, siue præcordia dicas nil interest) cū ergo

hypochondriū totum hoc significet, quod à carthilagine ensiformi ad inania descēdit, constat id comprehendere cutem musculos ventrem hepar lien, sic Gal. initio com. 2.lib.3. Epid. vbi insinuat hypochondrium propriè significare solummodo cutem & musculos, comprehendit etiam diaphrag. vt Gal. in. 1. prorrh. com. 2. tex. 21.

2 *Si pulsus in hypochondrio perturbationem aut delirium signif. quod si creber oculorum motus sit expectenda insania.* 1. *prog.* 24.

Nisi locus vnde hæc sentētia decerpta est morbis solis acutis dicatus esset patentissima omnibus fieret, qui hypochondriacos viderint, hi omnes pulsum in hypochondrijs sentire solent idque vel in fundo ventriculi vel in liene, vel in mesenterio, vel etiam in hepate aliquando, quantum perturbentur sciunt omnes, vt timeant mortē præsentē, vt desperent de futura salute, vt angantur atque imaginationibus deliris torqueantur & aucta affectione insaniant, itaque prius perturbantur ac postea insaniunt: ad hoc etiam addi posset verbum insanire quo vsus est, quod quidem his qui absque febri delirant tribui solet. Verum quoniā sententia in lib. est prog. qui solummodo acutis morbis locū præstat (dicente ipso Hip.) aliunde interpre

tationem

tationem capere oportuit quã cum Gal.teti gerit pulchrè æquũ fuit nos nõ tetigiſſe,ſed vno aut altero animaduerſo ſilebimus,vnũ ſit, quod ſola inſtabilitas oculorum deliriũ, & maximũ in acutis portẽdere ſolet,ſed hęc prius tacta ſunt in verbo oculus,ſit alterum Sileni hiſtoria qui. 1. Epid. com. 3. tex. 19. hunc ab initio hypochondrij tenuit palpitatio quæ nõ ſolũ in perturbationẽ ſed in delirium,& exitum ceſsit,à ſepti tranſuerſi inflammatione palpitatio originem habuit.

Tumor in hypochondrio durus & dolens peſſimus eſt ſi in omnibus,ſi vero altera parte ſiniſtra minori cum periculo. 1.*prog*.29. 3

Niſi poſtea diuiſione declaratiua vteretur Hippocrates ab eis quæ ſupra dicta ſunt conſtat per Hypoch.intelligere debere hepar,nunc autem non hepar ſolum ſed omnia illa intelligenda veniunt ſub enſiformi ad vmbilicum quaſi terminata, quæ omnia ſi inflammatione vexata ſunt maximum periculum minantur:hoc patuit in ſupradicto Sileno qui non ſolum phlegmonem in diaphragmate paſſus eſt, verum contẽſionem ſubmollem in vtraque hypochondrij parte, ſubmollis contentio ab Hippocrate dicitur tenſio citra tumorem, qualis contingere ſolet præcordiorum inflammationibus vel nõ

magnis vel in profundo hærētibus, vt Gal. 3.Epid.parte.2.tex.5.in hiſtoria adoleſcentis qui in mendacio,&c.

4 *Talis vero tumor ab initio mortem breui futuram ſignificat.*1.prog.26.

Etiam ſi vt Galen.innuit per hypochondrium eius partes intelligamus internas,quales ſunt iecur ventriculus,lien peritoneum, & diaphragma:ſententia hæc videtur deſperata nimis cum videamus hepaticis lienicis, & his qui ventriculi inflammationem patiuntur,nec breuiter, nec longe aliquãdo perire:neceſſe ergo eſt vt collectiue ſententia & non diſtributiuè intelligatur, ita vt Hippocrates velit quod præcedenti ſententia, ſi totum hypochondrium inflammatum ſit neceſſe eſt mortem breuiter cõtingere,quoniam ſi vna ſupradictarum partium phlegmone occupata ſeorſum difficilis eſt , quid non tot copulatę erunt.

5 *Si febri.*20.*dies tranſcendit,& tumor non deſiſtit in ſuppurationem vertitur.*1.*prog.*27.

Præcedentem ſubſequitur ſententia hæc, ſed quæ non collectiue verum diſtributiue accipi debet:nam quæ collectiue capitur ita vt per hypochondrij inflammationem omnes partes ab eo ſignificatę intelligantur, iã ſatis conſtat breui futuram mortem portendere,

dere. Si ergo distributiue intelligamus ita vt per hypochondrium seorsum aliquod ex membris ab eo contentis inflammationẽ patiatur, erit vt possit perdurare æger vsque ad.20. diem in quo suppurationem expecta re conuenit febre adhuc molestante, qui enim tumores sine febre manent non è genere phlegmonarum sed farrorum sunt qui bus suppuratio negatur. 20. diem posuit actionis dictæ terminum quod hæc tertio septenario clauditur perfectissimo quidem dupliciter, & quia tertius perfectissimus est inter numeros & quia septarius inter iudica torios.

Accidit his in prima circuitione sanguinis è naribus, & iuuat admodum si dolet caput & hebetudo sit in oculis præcipue. 35. annum agentibus. prognosticorum. 32. 33. 6

Circuitus proprius fit qui ex contempla bili die & iudicatorio completur, quare cũ plures sint contẽplabiles & iudicatorij dies multiplex esse posset circuitus, sed qualis hic sit notat particula prima, itaque in his expectare oportet primo septenario sangui nem fluorum per nares. Quod quidem verisimile est & ratione humoris peccantis qui sanguis est & ratione affecti loci, qui aut hepar aut lien est: de his enim inflãma-

tionibus nunc Hippocrates palam agit. Nã reliquarum partiũ phlegmonas qui sub hy pochondrij appellatione continentur nõ iu uat huiusmodi sanguinis eruptio vt quę nõ habeat cum naribus affinitatem, ob hanc hepatis inflammationes fluxum cõsequun tur è nare dextra sicut lienis è sinistra, futurum fluxum sanguinis in reliquis Hipp. exponit. Sicut & sequenti sentẽtia quibus ma gis expectandus est.

7 *Si vero mollior tumor est nec dolet, & pressus digito cedit diuturnioris est iudicationis & securioris.* 1. *prog.* 30. *& lib.* Iud.

Non de eo edemate quod digitis pressum caueam recipit permanentem, intelligi potest sententia hæc nisi nomine hypochõdrij (nam adhuc de eo affecto sermo est) in telligantur externa cutis scilicet aut abdominis musculi, reliqua namque interna ede mate oppressa, etsi caueam recipiant nõ quę percipi posibile sit. Reliqua quære à Gale.

8 *Si prætereat 60. diem & febris detineat nec subsidet tumor suppuratio futura hoc loco & reliquo ventre,* 1. *prog.* 35.

Etiam prosequitur ternarium numerũ per multiplicationem, quemadmodũ enim Hipp. in acutioribus ternum septenariũ ter minũ fecit qui, 20. clauditur die, nũc in chro

nicis

nicis triplicitatem ſeptimanarũ ſcribit quæ 60.completur.Ex hoc doctrina patet Gale. quæ in lib.3.de criſibus ab eo ſcripta eſt.20 potius quam.21.diem iudicatorium eſſe, ad uertendum etiam eſt circa ſententiæ inter pretationem,quod quemadmodum ex acu tis morbis cæteris chronici fiunt per decidẽ tiam qui &.40. &.60. &. 100. die terminari poſſunt, ſic ex his locis inflãmationi reſolu ta tenuiori parte contingere par eſt,poſſunt etiã ratione loci frigidioris tumores omnes in longius tempus protrahi cum non ſolum ratione humoris, ſed & loci ratione breuiorem, aut tardiorem habeant terminationem.

Quicunque ergo tumores duri dolentes magni periculum breue qui molles non dolentes & cedẽ tes longiores.1.prog.36. 9

Cum magni ſint morbi eſſentia magnitudine præſtantia partis & cacoethia tumor hic tripliciter erit magnus magnitudine, quoniam tumor magnus,præſtantia partis, quod membrum patiatur internum, cacoethia etiam quia ſentẽtia prorrhet.febres ex hypochondrio malignæ, maxime habet in præſenti locum: nam inflammatio magna quæ vnicum internum membrum occupet æquiparatur aliqualiter eis quæ totum hypochon-

pochondrium. Quod siquis dixerit vt Gal. sentit hanc esse eandem inflammationem de qua prius tex.25. Hipp. & nos num.3. teneat quod velit, difficultatem tamen parit illud totum hypochondrium, & parte dextra, & sinistra.

10 *Dolorem qui in hypochondrijs affligit ac tuberculum si recens & sine inflammatione soluit murmur circa hypochondria potissimum vbi cum stercore & vrina excernatur, si vero non transierit iuuat si ad inferna voluatur. 2. prog. 25.*

Murmuriū ait Hipp. huiusmodi tumores soluere, maxime tñ, si murmuratio secedat an stercore vrina, quib⁹ mixta materia morbi etiam secedet, quod de primo & tertio ait facile intellectu est, quod vero de. 2. non adeò cum ab hypochondrio ad vesicam nō appareat via ita manifesta, sed re vera non mirum est (an omnium sit in corpore con fluxus) à partibus viciniis hepati per cauam ad venas per has ad emulgentes hincque ad vesicam materiam flatuosam percolari, dicebat quidam Hispaniæ princeps graueo lentiam (quam sæpe exhalabat) non ab aluo procedere sed paulo ante sentire se in vesica motum materiæ, quæ per eam expulsa fœtorem illum funderet: rara hæc sunt, sed quæ ad interpretationē sententiæ confe-

runt

rũt,reliquũ quod de inferiore parte ait, manifestum est, & quod interprete non eget.

Quibus elata hypochondria murmurant lumborum superueniente dolore aluus humectatur nisi 11 *inferne flatus erumpant, aut vrinæ multitudo prodeat, atque hæc in febribus. 4. Aphorismorum. 33. Choac. 325.*

Quod supra de humorũ cõfluxu dictũ est hac Hipp. sententia confirmatur, sed aduertendum, quod quando materia ad aluũ vergit lumborum accedit dolor, ea quidem in flatus versa & molestãte intestina crasiora quæ lumbis superstant, si enim eadem per supra dictas vias in vesicam permeet non necesse est lumborum superuenire dolores, cum ad superas partes humor ascendat neq; intestina lumbis proxima tangat, erit igitur sententia hæc superueniens, dolor lumborum hypochondrio elato, & murmuranti per aluum materię expulsionem portendit aut eandem fore flatibus expellendam, aut etiam in vesicam deferendã, quodque ab humoris expurgatione affectio & dolor succedat, non est difficile, at quod affectioni & dolori expurgatio non facile, quare cõditionalem sententiam interpretarer. Ita vt sensus sit, si in hypochondrio elato & murmuranti vacuatio per loca dicta succedat

morbi leuamen consequi est necesse, sæpenumero enim murmurio & lumborum dolori vacuatio non succedit, quã prudentissi-
11 me Medicus imitari solet, vt Hipp. 4. acutarũ, hos si ab initio purgare volueris, ante diem quintum facite si venter murmurauerit, nũ verò in libr. Aphorismorum & acutarum agat Hippocrat. de eadem affectione non est huius loci.

12 *In febribus acutis circa viscera vehementes dolores & conuulsiones malum. 4. Aph. 66.*

Bene mihi quod Galen. videtur de febribus sine inflammatione Hippocrat. agere, vt ipsi moris est, quando febris nomine vtitur, ad veritatem namque aphorismi sufficiunt conuulsiones febribus succedentes & dolores, qui etiam ab intéperie, aut à flatu (hi immaniores esse solent) sunt mali & qui inflammationes accersere solent, quid autem per viscera intelligi debeat patet, ex Gal. in lib. 2. de alimentorum facult. cor scilicet hepar, lien & renes.

13 *Quibus ad hypochondrium dolor sine inflammatione febris superueniẽs, dolorem soluit. 6. Aphorismor. 40.*

A flatibus (vt nuper dixi, & ante me Galen. 12. method.) & ab inflammationibus immanes fiunt & vehementes dolores illos

rationi

rationi consonum est superuenienti febri resolui: hos verò prognosticum obliuisci vt pote quibus non febris superueniat sed comitetur semper necessario, secūdum doctrinam latam ante hypochondrij nomine, intelligi oportet hepar in præsentiarum an tonomatice.

Quibus iecur vehementer dolet febris superueniens dolorem soluit. 7. Aph. 52. 14

Si vt nuper diximus hypochondrium hepar significat quādò absolute ponitur, ea dem prorsus cum superiore sententia hæc est, sicut & ea quæ legitur in Choacis. 499.

Lienosis difficultas intestinorum superueniēs bono est. 6. Aph. 48. 15

Bonum est ait signum quantum ad lienis scirrosi curam attinet (hoc enim lienosum significat) nil tamen obstat quin maneāte difficultate intestinorum) accidat, quod Hippocrat. eodem. 6. Aphoris. sententia. 43. itaque difficultas intestinorū erit ad vnius membri specialem affectionem bona, mala autem ad cōmunem omnium vitam, morti fera enim est disentheria ab atra bile quam lienosis redundare cōstat, dices poterit æger liberari secure fluxu humoris melāc holici, fateor, at hoc de difficultate intestinorum, quod ait Hipp. mihi parit difficultatem.

16 *Propter iecoris inflammationem singultus malum.7. Aph.17.*

Nullum fere membrum insigne est quo cum per cõmunes venas, aut prope aut longe hepar non consentiat, sed hoc vltra ventriculus ei communicatur per coniugationem sextã neruorum quę in vtrumq; diffinditur, addo loci viciniam quam solam partes alias trahere ad sympathiam nouimus, non ergo mirum erit, si iecur valde inflammatum ori ventris cõmunicet vapores mordicantes, aut etiam siccitatem cum calore, ab eisque singultus fiat, qui quidem necessario futurum malum significabit, addito ad pessimum morbum pessimo symptomate & quo vires maximè labefactantur. Quod verò Galen. affert de.3. singultus causa non probo, nec ille vt existimo probat, difficillime namque iecur inflammatum etiam si quam maximè sit poterit os ventriculi superiacere.

17 *Quibus purulentum iecur aduritur si purum pus effluat & album salui fiunt, in tunica enim est si qualis amurca intereunt.7. Aphorismorum.45. Choac.500.*

Præstat fidem habere Hippocrati diligentissimo rerum humanarum scrutatori, sicut & me silere, in his quæ nunquam ob-

seruaui

seruaui, memini huius sententię verbo. sup puratio, num. 21.

Quibus iecur aqua refertum eruperit in omentum his venter aqua expletur & moriuntur. 7. Aph. 55. 18

Dictio plenum vires addit præsagio malò: si namque iecoris membrana aqua plena est, eius ruptionem consequetur necessario euacuatio magna aquæ hác spirituum dissipatio non parua: non igitur mirum est si membro præcipuo adeo lęso succedat damnosa nimis euacuatio huicque mors breuiter.

Quibus dolores fiunt repente præcordium eleuatum est superne, & si circa notham costam graues dolores venæ secti. & purg. Choacarum. 320. & lib iud. 19

Ad therapeuticem potius quam ad prognosticem hęc pertinet sententia.

Cum hypochondrio contento stomachi dolor capitisque malignum, & suspiriosum quippiam an repente, &c. 1. prorrh. sect. 2. 40. 20

Et quid cõtentio hypochondrij sit habes in præcedentibus, ex quibus constare potest hanc sententiam de ventriculo inflammato agere, & ex consequenti prauum & malignum significare pro magnitudine, aut paruitate inflammationum quæ paruę sunt nisi

os ventris tangant non sunt malignæ, quæ verò illud vexant non possunt non esse prauæ, sensibilis namque pars est nimis & quã vel vapor solus maximè angere solet, itaque si per stomachum ventriculum intelligas, opus est maiori affectione, si verò os vẽtris, vel parua inflammatio maligna est valdè Galen. vltimum significari vult, os scilicet ventris hoc in loco (cardias os ventris significat.) Quod verò reliquum est anceps est, & quod nullam habet firmitudinem.

21 *Febres ex hypochondriorum doloribus malignæ. 1. prorrhet. sectione. 2. tex. 21. sopor in his pessimus. Choac. 36.*

De huius sententiæ veritate, nil fere habeo tibi præter id, quod Galen. in commento, nam etiam si inflammatio significetur interna quæ poterit propter locum cordi vicinum febrem accendere, præ paruitate affectus potest esse non maligna. Quanto magis si per hypochondrium intelligamus, id quod proprie terminus significat, quod quidem cum externa res sit nec malignitatem sed nec malum portendet. Sententia choacarum addit sopor in his pessimus, sed nil habet hoc signum cum affectione commune quare casu contingere non necessitate potest vt pessimus sit.

Dolo-

Dolores ad præcordia in febre voce intercepta, sine sudore soluti, malum est. 22

Si speciem pro genere accipiamus ita vt loco sudoris quamlibet euacuationẽ intelligamus erit sermo certior sed non omnino, solent sæpe (vt aliàs me dixisse memini) leuationes succedere quæ securæ nõ sunt, etiam euacuationibus, si paruę hę sunt aut alterius humoris quàm qui morbum facit. illud de voce intercepta addit non paruam suspicionem & iudicij difficultatem arguit: oportet ergo reliqua signa cõtemplari adamussim vt aliquid boni certioris pręsagire valeas: verùm ad mali præsagationem sufficient quę in hoc tex. exposita legis nimirum quod in acutis feb. & hypochond. affectibus leuari sine euacuatione est malum.

Cum hypochondrij tensione (ventris palpitationes) sublonga & tumente sanguinis indicant fluxum inhorrescunt. 1. prorrh. sect. 3. 51. 23

De hypochondrij tensione, & palpitatione, satis vsque dictum est, quod sublonga dicitur rectorum musculorum inflammationem innuere videtur, quæ cum à superante fiat sanguine sanguinis fluores appetit, præsertim iunioribus vt ante explanatum est: quod verò de horrore ait posset difficultatem parere cum rigores, & horrores 24

non

non præcedere ſanguinis fluxus ſed ſudores in vniuerſum videantur, at bene animaduerſis quæ circunſtant nullum manebit dubium. Qui enim inflammationes vel etiam obſtructiones in hypochondrio patiuntur nequeunt vt dictum eſt, commode ſudare, quare influxus ſanguinis proniores ſunt, horreſcit ergo natura dum pugnæ, & expulſioni ſe accingit, ſed poſt cum nõ poſſit pellere materiam, qua vult pellit qua poteſt, nec pugnat ſententia, prorrhetic. com. 3. tex. 20. confirmat autem commentarium Galeni noſtram circa hanc, quo loco ait, etſi ſæpe rigores ſubſequantur vomitus ſudores, & deiectiones, quandoque tamen & ſanguinis fluores ſubſequi ſolere, obſeruauimus etiam nos non raro.

24 *Hypochondrij tenſio cum capitis grauitate & ſurditate & quæ conſequenter fatigant, ſanguinis fluxum nunciant. 1. prorrh. ſect. 3. 55.*

Si per ea quæ conſequenter fatigant ſigna critica ſanguinis fluores portendentia vult autor ſignificare bene, aliàs male, nam etſi capitis grauitas & ſurditas duo ſunt, ex his quæ humores aſcendere monſtrant, non tamen ex his qui deſcenſuros per nares promittant.

25 *Qui cum præcordij intentione frequenter ex*

ſudare

sudare non cessant plerumque maligne habent; & dolores ad summum humerum & claviculam in his praui sunt. Choac. 37.

Ex his quæ ante dicta sunt facile intelligi potest quod qui ab inflammatione hypochondrij sudant non naturæ expellẽtis sed deficientis significationem præbent, quod de humero & reliquum est, tanquam heterogenea signa relinquo.

Dolores circa præcordia aut pulmonem si suppurentur malum. Choac. 237. 26

Inflammationes circa hypochondria vt quæ non habeant exitum patentem dũ suppurantur periculosę: nam retentũ pus necesse est putrefaciat sibi cõiũcta atq́; peripneumonicorum suppurationes, aut pleuriticorum aut etiam illorum qui in septo trãsuerso phlegmone occupantur difficiles, sed nõ adeo cum habeant vias manifestas quibus natura expellere solet.

Dolores ad præcordium irruentes, tum aliàs mali sunt, tum si aluos humectent, peiores autem si breui fiant. Choac. 318. 27

Præcordiorũ phlegmones per sanguinis narium effluxum solui solent, non per ventris solutionem, quare inflãmationes nimis acutę, & quæ celeriter fiunt, quibus ventris succedat humectatio prauę erunt, tum quia

acuti morbi,& interiores,tũ etiã quia vacua tio eis non apta ſuccedat & quę irritationis ſignũ potius quã futuri boni cauſa exiſtat.

28 *Quibus præcordia eleuantur aluus ſuppreſſa malum,maximè in tabidis longis.*322.*Choac.*

Non de inflammationibus nunc agit,ſed de tumoribus crudis aut flatuoſis, qui morbos longos comitari conſueuerunt ; quibus ventris adſtrictio nimia proculdubio noxia ſemper eſſe ſolet:corpora nãq; infirma multa excrementa aggregare ſolent,quibus nulla via ita cõueniens eſt,ſicut ea quã aluus prę ſtat,hac euacuatis cruditatib⁹ (quibus in chronicis ſcatet corpus) minus ægri vexantur.Reliqua ſigna non ſunt eiuſdem generis,ob idque tacere conuenit.

29 *Præcordiorum diſtentio cum ſopore anxioſo caput dolenti parotidas attollit.*323.*Choac.*

Nil habet commune præcordiorum diſtenſio cum parotidibus, habent autem hæ cum ſomno:itaq; ſi taliter affecto parotides ſuperuenerint non qua ratione præcordia ei affecta ſunt,ſed quatenus cerebrum ſopore oppreſſum eſt,ſuccedent.

30 *Poſt præcordiorum tumorem bilioſis ſpiritus magnus & febris acuta parotidas attollit.*324. *Choac.*

Acuta febris ſpiritusq; difficilis aut magnus ſi manent poſt tumorẽ hypoch. ſigna

sunt non obscura humorũ & multorum & prauorum, ex quibus Medicus nõ solũ timore perculsus esse debet verum etiam prædicere mortis periculum, quod autẽ de præsagatione futurarũ parotidum ait, nõ probo immò tanquã remotũ & cõtingẽs respuo.

Ex *præcordio diutino affecto & aluo graueolẽti parotis occidit. Choac.*326. 31

Graue olere alui excrementa (longo visceris morbo) vel humoris contenti putredine descendente vel corruptis cibarijs præ debilitate ventris fieri verisimile & rationi consentaneum videtur, sed quid affine habeãt parotides cum affectu hoc non videtur, idque modo verbũ occidit præbeat occasum modo occasionẽ: primo enim modo bene verum est parotidas solui solere & occidi à deiectionibus per aluum, sed quæ graue olentiam non necessario requirant: secundo autem modo si occidit significet obuenit, aut accidit, etiam nullam habet affinitatem immò verò contrarietatem, quia humorum descensus qui per aluum fit contrarius omnino parotidi est quæ superna ascendit.

Quibus dolores præcordiorum, oris ventriculi, hepatis & partium circa vmbilicum, sanguinis de iectione seruantur, si non pereunt. 329. *Choac.* 32

Potuisset autor libri tacere reliquas partes corporis, siquidem nomine hypochondrij aut præcordij, vt dictum est continentur omnes dictæ, hæc quantum ad loquēdi frasin, quantum ad rem attinet sum huius sententię, vt affirmem eam verissimam: nullis namque morbis alui lubricitas noxia est, & plurimis prodest, nam in hypochondriorum contentionibus, & inflammationibus etiam sanguinis deiectiones prodesse in tēpore solēt. Nec adeo stulta vt apparet in reliquo sententia est: cuius finis fuit explanare similes euacuationes, aut in salutem, aut in mortem terminari, itaque si reliqua adsint bona expectanda venit salus, at si mala mors timenda est, atque si bene exeant bene si male contrà.

33 *Quibus præcordia non mollia, facies sana, non liberantur citra multi sanguinis è naribus fluxum, aut spasmum aut coxæ dolorem. Choac.* 333.

Absurda penitus sententia hæc est etiam in acutis morbis, nam etsi à tensione hypochondrij arguere quis sanguinis fluorem potest, at à facie sana nescio qualiter expectari posset, potuit igitur contigisse in acuto morbo aliquem habere tensionem hypochondrij aliquam, faciemque sanæ similem & sanguinis fluxu liberari, id tamen

men contigit non ratione vlla.

Dolores in febre ad præcordia exilientes sine sudore soluti maligni his ad coxam dolores & vna cum causa deiectio. 330. Choac. 34

Nec hanc sententiam conprehendere valeo, si modo quę supra diximus vera sunt: videlicet hypochõdrij inflammationes malę sudoribus solui, quare hoc falsum & reliqua alterius sunt generis.

Post suppressam aluum eleuata hypochondria mala, maximè tabidis, & qui alui humidæ. 335. praua. 333. Choac. 35

Supra dictum est alui lubricitatem vtilem esse plurimis morbis, sunt tamen quibus post lubricitatem aliqualis est adstrictio non noxia, quoniam humores expurgati sunt id indicant conferentia, & tolerantia. Si tamen ita aluus adstringatur vt in hypochondrio sentiatur humoris retentio, mala merito dici potest: peior quibus contigit aut natura aut consuetudine vt ventrem habeat humidum, & pessima his qui iam summe labefactati sunt, quales tabidi & similes habentur.

In præcordio anxietatem sentientibus parotides mortiferæ. 336. Choac. 36

Crises antecedere solent, anxietudines & difficultates semper, aut prope semper, quã-

obrem non perſpicio qua cauſa parotides haberi debent mortiferæ cum poſsint eſſe criticę & à natura tẽpore opportuno prõptæ:cætera ergo ſigna contemplari oportet, nam ſi parotidas indicant bona erunt.

37 *Quibus hepaticis multum eſt ſputum cruentum ſiue ſubputridum ſiue bilioſum meracum ſtatim pernitioſum.*496.*Choac.*

Nec quicquam commune habent deijciẽtes cum ſpuentibus cruenta,quod ſi quando contigerit hepaticis cruenta, expuere duplicem affectionem oſtendet non paruã & illam qua patiens hepaticus eſt, & hanc qua exputator cruentorum:quapropter affectio non parua addita non minori mali ſignificationem præſtabit, cum hoc ſentẽtia eſt nullius artificij, artificij namq; nullius eſt dicere ſi febrienti hepar obſtruatur malũ,ſigna eñ prog. habere debẽt inter ſe cõmunionẽ aliquã vt artificioſa ſint ita vt à prioribus poſteriora aliquatenus oriantur.

38 *In hepatico colliquatiocũ raucedine malum, tum aliàs tum ſi aliquantum tuſsiat.*497. *Choac.*

Sicut & ſuperior hæc ſentẽtia quæ nullatenus cohæreſcũt adiũgit in pluribꝰ ſignis,nil eñ raucedo cũ colliquatione.Poſterius ſignum conuenit quidẽ:nam raucis tuſsis contingere merito poteſt, ſed nõ video cur malum

lum signũ haberi debeat, cohęrent igitur inter se signa hæc duo tussis, & raucedo, at nõ significatio quæ ab eis capitur hoc in loco.

Hepar dolentes, os ventriculi dolentes, soporosi, rigorem habentes, & aluum turbatam, tenues, fastidiosi, multum exudantes purulenta per aluum egerunt. 498. Choac. 39

Syndromes hæc est signorum diuersi generis & quæ actum non habitum generare apta est, potuerunt quidem hæc ęgro contigisse, semel, aut bis, & regula non de specialibus sed de generalibus erigi debet.

Qui sanguinem spumosum expuunt præcordium dextrum dolentes de hepate expuũt. 499. Choac. 40

Ad diagnosticã hæc pertinet sẽtẽtia. Sed similis est proximis supradictis quę ad prog. respiciũt, sicut illę hęc nullã habet veritatẽ, sanguinis reiectatio spumosa nõ lęsi hepatis sed affecti pulmonis indicium certũ est.

Ad iecoris inflammatione singultus interuenit. 5. Aphor. 58. 41

De hoc est actum, verb. singultus nu. 6.

Quib⁹ lienis est decliuis, &c. 60. epi. par. 2. tex. 39. 42

In tabella parua posita hæc fuit sententia ab Hippoc. vt post reuisam in magnam transferret si digna esset.

Quæ ad ventrem.

Tumor

1 *TVmor in ventre minꝰ facit abſceſſũ quã qui in hypoch. prog. 33. & in Choac. 313.*

Ita plana ſententia eſt vt nulla egeat explanatione: hoc indicat ipſe Gal. qui commentarium textu ipſo anguſtius fecit.

2 *Sanguinis fluorem maxime ex ſupremis ſedibus expectare oportet. 1. prog. 34.*

De vẽtris tumoribꝰ eſt ſermo quos quidẽ iudicãdos docet hęmorrhagiã magis quã ſanguiflua affectione, cuius cauſa eſt quia calidus humor petit ſuperiora natura ſua.

3 *Omnium tumorum diuturnorum qui in his ſedibus ſunt ſuppuratio conſideranda. 1 prog. 35.*

Compendium hoc breuiſsimum eſt eorũ quæ dicta nuper & quę dicenda poſt erunt continens rem omnem in genere.

4 *Quæ enim foras vertitur optima ſi parua, maximè egrediens acuminata, ſi magna & lata peſſima. 1. prog. 401. & in Choac. 227.*

Hucuſq; de tumore & ſuppuratione quantũ ad tẽpus attinet, nũc de bonitate, & malitia apoſthematũ agit Hipp. quę à tribus capit, à magnitudine loco, & figura, paruitas tumoris materię paruitatẽ, loci exteritas, & acuminata figura virtutis robur ſignificãt, ad longinqua enim natura fortis pellere ſolet, longinqua verò ſunt externa & lõginquiora acuminata, hęc enim quodammodo extra corporis molem exiſtunt.

Quæ

Quæ intro rumpitur optima si cum exteriori
nil communicat sed contracta est nec dolet, & ex- 5
terius vnicolor. 1. *prog.* 41.

Cum tumores posſint rumpi foris aut intus seorſum, & ſimul. Qui foris ſecuriores ſunt proculdubio, at inter reli quos duos meliores qui intus, qui namque verſus exteriora & interiora ſuppurantur peſsimi ſunt, cauſam ſi ignoras quære à Gal. ſuo loco.

In omni morbo venter mollis corporatusque ſit 6
neceſſe eſt. 2. *prog.* 19. *contra malum, & ad purga*
tionem non tutum. 2. *apho.* 35. 8

Abdomine omẽtoque mediocriter corporato eget ventriculus vt coctionem exerceat bonam, qui enim caret tegumento tali tanquam nudus friget & tanquam debilis non fert purgationem.

Quibus tormina adſunt, & circa vmbilicum 7
cruciatus & lumborum dolor, qui nec medicamen-
to nec aliter ſoluatur in ſiccum hydropa firmatur
4. *apho.* 10. & *Choa.* 337.

Cum flatus intra peritoneum & inteſtina eleuantur modó vmbilicum & partem anteriorẽ modo renes poſteriorem partem vexare ſolent, & poſſunt etiam mediam partem quæ ad ilia pertinet, ſi ergo flatus auxilijs reſoluentibus non diſcutiantur hydrops ſicca, (aliàs tympanites) incepta firmabitur.

Quod autem ait Hippocrates de solutione per medicamentum si expurgatis intelligatur posse videtur precidi à sententia, cum nullum sit pharmacum, quod virtutem habeat attrahendi flatus, nam si quando eo in tympanite vtimur potius ad materiam antecedentem, aut ad coniunctã quæ alterius est naturæ vsus administratur. Satius est per medicamenta topica resolutiua Hippocra. voluisse. Scio aliter Galenũ hanc interpretari sententiam eligat quisque rationabiliorem.

8 *Si citra febrim tormina adsint, & genuum grauitas & lumborum dolor inferna purgatione est opus. 4. apho. 20.*

Ad therapeuticam potius quam ad prognosti hæc pertinet sententia, quod si liceret mihi falcem in alienam mittere messem, dicerem etiam in febribus expurgationẽ moliri debere (per inferna natura nutante) vno animaduerso; quod quum hæc symptomata possint fieri morbi irritamẽnta coctionem expectare oportet humorum, qua præsente si natura non expellat Medicum expellere medicamento licebit, at vero si absque febri tormina & lumborum adsint dolores non est quod coctionem spectes; cum enim humores in vijs sint communibus vel inco cti elici commode possunt.

Adiutur-

A diuturno partium ad ventrem attinentium dolore suppuratio.7.apho.22. 9

Flatuosi dolores esse solent, & mobiles, qui autem fixi in parte manent ab humore pendere, indicium est euidens non à solo flatu, quare in suppurationem finiri est verisimile, suppurationes autem in calidioribus partibus breuiter contingere solent propter ea quæ dicta iam sunt sicut quæ in partibus frigidioribus qualis venter est longiori tempore. Quid quod supra ab Hippocrate allatum est tumores in ventre minus in pus verti solere, nec hoc nobis pugnat, nã vtrumque fieri potest bene, & quod tumores in ventre suppurentur minus quam hi qui in hypochondrijs sunt. Et quod ventris tumores tenaciter ei inhærentes in pus finiantur, hanc sententiam capere conuenit non solum in affectibus ventris sed omniũ partium suppurationi aptarum, in quibus fere semper dolores pertinaces & prolixi pati puris permutationem experimur, nec humoris acrimonia dolorẽ ita diuturnũ efficere solet, (affectiones enim à calidiore humore breues) nec inæqualis aliqua intemperies præsertim vt Galen. vult omnibus rite peractis, nec hæc terminatio vt Fucsius tenet est simpliciter bona: melior namque resolu

tio est multo, quam humoris in pus conuersio.

10 *Propter vehementem dolorem partium ad ventrem attinentium extremorum perfrigeratio malū 7. apho. 26.*

Sensibiles ita aliqui sunt, præsertim fœminæ vt quolibet dolore frigeant aut etiā horreant, quare non statim ab hoc symptomate post dolorem prædicēda mors est, sed alia considerare præsertim si febri detineātur putrida, quam comitabitur fixio doloris & mors, adiūgi plane hæc solent prope semper lipirijs febribus, quæ cum inflammatione interna sunt.

11 *Quibuscunque inter septum transuersum & ventrem pituita concluditur, & dolorem præbet non inueniens exitum, nec aliam cauitatem, ijs pituita à venis in vesicam conuersa, solutio morbi.*

Portentum existimat Marinus (Medicus Galeno antiquior) quod humor inter diaphragma & ventrem ad pubem non descēdat (& merito, appēsus enim absque filo maneret) Galen. alijque interpretes miraculum dicunt quod materia hinc conuertatur ad vesicam, & nos Gal. Marinumque admiramur qui hanc sententiam non pulserint ad paruam tabellam tanquam incertem, quid enim habet pulchri, si humor qui est extra

venas

venas in eas recurrat & ab eis per lotium expellatur, quod salus futura sit; scimus enim à quolibet loco in vesicam humorem posse fluere & quod omnium est confluxus vnus.

12 *Circa vmbilicum dolores palpitantes, quod mẽtis perturbationem ostendant, quippiam habet, circa iudicationem vero his spiritus vniuersus cũ vehementi cupiditate penetrat, furæ quoque dolores in his mentis errorem significat. 1. prog. sectione. 1. 3. & Choa. 332.*

Quod hypochondrij palpitatio delirij causam præstet flatibus ferientibus septum transuersum & per consensum affecto cerebro, ante dictum est, reliquum autem quod de spiritu ait cupiditate nõ intelligo, quod de suris bene sed est signum infelix & nullam habens cum delirijs affinitatem.

13 *Ventris circumtentio ad necessitatem liquida dimittens cito intumescens conuulsiuum quippiam habet: vt Aspasij filio, superrigere his lethale cõuulsusque ex his & inflatus diutius ægrotabit superuenietque in ore putredo viridis sectione. 3. 1. prorrh. sententia. 7.*

Tantum interest suum quæque seruare locum vt eadem in hoc sint bona, & mala in illo. Si scriptum hoc fuisset in Epidemiorum lib. tanquam historia quæ alicui conti-

git laudabilem nobis ostendisset lectionem, nunc vero quoniam in prædictionum lib. 14 (vbi vniuersalia & non particularia scribi oportet) eadem hæc sententia mala est & quæ nec vllam habet cum verosimilitudine nec cum dissimilitudine claritatem.

Quibus venter sistitur sanguinem hi profundunt, superrigentque, an venter intestinorum incurrat leuitatem fiatque durus vel ascarides fatigent vel vtrumque. 1. proreth. sect. 3. 45.

Si quemadmodum in superiore de Aspasij filio, hic de Aspasij patre vel quouis alio mentionem fecisset, ita vt doceret obseruationem vnicam, fuisset sententia non inutilis, nunc autem quia vniuersalem autor fecit eam infecit.

15 *In febribus inflata aluo flatus non erumpere malum. Choaca. 50.*

Etiam calor præter naturam ad flatum eruptiones iuuat, quare ęgrum nō iuuari ab his quæ solet & debet malum est, non tamē toto genere, alia enim consideranda sunt cū signum hoc solum illustre non sit.

16 *In morbis longis ventris præter rationem tumores conuulsorij. 92. Choa.*

Et in acutis ventris tumores sunt cōuulsorij præter naturam.

17 *Quibus omentum excidit necesse est putrefieri Choa.*

Choacarum 552. *&* 1. *de morbis acu.* 6. *aphorismorum.* 58.

Necessitatis defectum præteritæ lectionis supplet hæc, putredo necessaria est omẽ to ab aere alterato, est enim pars hæc debilissimi innati calidi & quæ momento temporis ab aeris iniuria capitur.

Qui potum difficulter deglutiunt spiritu tussiente eructatio subtracta intro reuoluta dolorem ventris signific. Choac. 735. 18

Verisimile est à flatibus retentis dolorẽ manaturum, præsertim si longo tempore intus detineantur & natiuus calor nõ sit adeò fortis vt eos absumere valeat.

Durities circa ventrem cum sudore in febribus, cum horrore fastidiẽtibus, aluo parum ad purgationem humectata non suppurantur. 744. *Choacarum.* 19

Praua hæc omnia adeò sunt vt non spectes suppurationem sed mortem ita timeas tãquam breui futuram: suppurationes enim in ventre tempus requirunt & inducias longiores, sed & aliorum considera statum.

Venter aliquibus inflatur quando concumbũt vt Damagore in eo strepitus Archesilao intumuit 6. *Epid. parte.* 3. *tex.* 12. *& tex.* 26. 20

Distinctior ac proinde verisimilior hæc est sententia quãto actionis diuersitatem ha-

bet

bet,non enim ait Hippocrates propositionem vniuersalem sed singularem & indefinitam,reliqua cape.à Gal.in eius cõmento.

Quæ ad ileon.


Vibus ileos ab stranguria intra.7.dies pereunt,nisi febre superueniente copiosa vrina fluxerit.6.apho.44.Choa.523.

Aliqui studiosi nimis boni nominis Hippocratis,huius sententiæ fragilitatem,vel renuente Galeno roborare nituntur,quos præstaret tacere:nam nec vesicæ affectus cũ his qui intestinorum sunt affinitatem habent, quam dicunt,nec quod casu aliquo aliquã do contigerit oportet in sententiam vniuersalem vertere,quapropter hac in parte negationem Galeni asserimus,& aphorismum Hippocrate indignum esse, vnum tamen animaduertendũ censeo de voce ileo,quod apud alios yleos, & apud alios eileos per diphthõgum inuenio,placet Galen.ileos per ei,quo significat ileon,nõ ab intestino,quod yleos dicitur,sed ab eileo,hoc est voluendo dici,vnde & affectio aliàs voluulus dicitur, nomen ducens à symptomate,vt Galen. 2. meth.cap.2.Sed quorsum hæc?vt scilicet à contradictione Galen.liberetur qui loco præ

senti

ſenti tenuiorum inteſtinorum affectionem facit ileon, &c.3.Epid.parte.2.text.6.tenuiorũ & craſſorum, ergo ſi ileos ab affectione & non à loco nomen ſumat, poterit large ſignificare quemlibet voluulum, & quamlibet inteſtinorum conuolutionem. Per antonomaſiam vero eam quæ ab affectibus tenuiorum inteſtinorum fit, vt quæ acutior & grauior multo exiſtat, & facilior factu, facilius enim anguſtiora quam latiora obturationes recipiunt.

*Ab ileo vomitus, & ſingultus, deſipientia, & conuulſio malum.7.apho.*10. 2

Poſſet aliquis dubitare, quare ſi quidem obſtructio in tenuioribus ſit natura non infra deijciat, & vltra, ſi tenuia inteſtina affecta ſunt & obſtructa, quomodo ſtercora à craſsioribus aſcendere valent vt vomitu expellantur. Quibus dubijs reſponderem, primo quod non eſt neceſſe ileo etiam lethali aluum ſiccari. Ita inuenio apud Hippocratem.3.epid.loco ante citato in hiſtoria ileos quæ deiecit cruda eodem fere die quo perijt. Ad ſecundum reſponderem fęces incipere elaborari in tenuibus ex quibus vomitus fęci ſimiles & in figura & in odore exeunt, quod ſi quando fęces aſcendunt per fectæ contingere in ileo non omnino inte-

ſtina obturante, ſcio Galen. dicere in ileo nil deorſum ſubire. Sed Hippocratis hiſtoria magnam apud me habet fidem,& vt diſcipulum magiſtro vinciamus. Dico præcepta medica non eſſe ſemper vniuerſalia & Hippocratem de ſingulari loquutum loco citato, ſicut Galen. de his quæ fere ſemper contingunt. Poſſes etiam aliud inuenire reſponſum ex ipſo Galeno loco nuper citato, quod quando ileos ocupat tenuia inteſtina nil infra deijciunt & quod voluuloſa ſupra dicta habuit craſsiora affecta, eadem etiam ratione ſibi ipſi Galen. componetur in vomitu, quem ait hoc in loco non neceſſarium, & loco ſupradicto Epid. per vomituum aſsiduitatem, & vehementiam partes ſuperiores affectas ab inferioribus diſtinguit, ſi intelligemus vomitum non neceſſarium eſſe omni ileo ſed ei qui tenuiora occupat inteſtina.

3 *Ex voluulis male olentibus. 1. prorrh. ſectione. 3. 63.*

Deſperatæ ſalutis ſignum hoc habetur & à Galeno & à reliquis ſcriptoribus, vidimus tamẽ aliquando hominem liberatum, ſed hæc de raris ſunt,& quæ ſub ſcientia nõ cadunt, quæ de vniuerſalioribus eſſe debet.

Voluulosis vomitus, & surditas malum. Choacarum. 518. & Ind. lib. 4

Non video cur vomitus si fæcalis nõ est sit malus, nec cur surditas mala sit vt quæ nullam habeat affinitatem cum ileo ægrum nõ audire & non videre malum habetur ab Hippocrate, sed hoc commune est alijs omnibus, cum in extrema sunt debilitate, non peculiare ileosis.

Alui fluxus.



Eiectio] optima mollis & constãs & tempore consueto pro copia cibi sic inferior venter valebit. Choa. 683. 2. prorrh. 13. 1

Dictum antea est, rectum sui, & obliqui iudicem esse: qui ergo de alui purgamentis vult prædicere, oportet qualiter se habeant, secundum naturam dignoscat prius, pro quo Hipp. consules. 2. prognosticorũ, quod si laborem hunc euitare vis memoria repete qualiter se habeant fæces tuæ si sanus degis.

Si aquosa admodum aut candida aut admodũ crocea aut spumans, hæc omnia mala. 2. prognos. 20 Choa. 685. 686. 2

Sæpenumero aquosæ deiectiones candi

dæ & ſpumoſæ poſt cruditates, quin etiam croceę feliciter excerni ſolent etiam in febri at non in acũta (vt Hippocratis ſermo eſt in prog.)in qua ſigna ſunt eorum quæ irrita & ſine lege naturæ inter initia expelluntur. Hæc in genere dicta ſint à me,quod ſi in ſpecie plura amas reſpice Galeni cōment.

3 *Mala ſi exigua glutinoſa candida ſubcrocea leuis.1.prog.tex.21.*

Copulatiue legi oportet voces has omnes exceptis candida ſubcrocea quæ diſiunctiue legenda veniunt,quæ igitur fuerit exigua glutinoſa & leuis,modo candida modo coloratior ſit & fiat pallida colliquationem portendit,quod ſi cum his fæteat nimis adhuc certiſsimum erit indicium.

4 *Craſſa ſit oportet morbo eunte ad iudicationē. 2.prog.tex.16.& lib.Iud.*

Illæ quidem omnes ſupradictæ deiectiones quæ initio acutorũ malæ ſunt ſi incraſſentur in morbi progreſſu ſignum bonum eſt & naturę fortis,valētiſq́; cōcoquere,à coctione nãque humorũ craſsitudo procedit.

5 *Si nigra liuida pinguis & fœtida pernitioſior 2.prog.22.*

Pernitioſiores hæ ſunt, propter ea quæ à Galen.docentur atq́; cum pinguedine fœtor certum colliquationis argumentum exi

ſtir,

stit,fœtent omnia excremēta per aluum de lapsa sed magis aut minus & ob alia & ob materiæ differētias horde ū triticū & herbæ quādo putrent extra fœtent,sed parū,at car nes omnes fœtent plurimum,sic intra corpus excremēta omnia fœtent,sed præsertim ea quæ à carnis colliquatione procedunt, hæc de fœtida post de reliquis.

Si vero versicolor est diuturnior est sed nihilo minus exitialis quæ nonnunquam simul interdum vicibus excernitur.2.prog.23. Choacarum. 733. Iud.libro. 6

Modo simul modo vicissim varietas deie ctionis contingat plures significat inimicos naturam impugnare quare malum,si autem aut medicamentum expurgans aut (quod melius est)natura ipsa post coctionem talia qualia expellat,non modo malum non est, sed bonum Hippocrate docēte aliàs,deme ris deiectionibus quæ his contraria sunt cō sule Gal.3.Epid.parte.2.tex.8.1.Epid. parte. 3.tex.18.1.Epid.parte.1.tex.24.

In turbationibus alui & vomitibus spontaneis si talia qualia oportet purgentur confert & facile ferunt;sin minus contra, sic & vasorum inanitio si qualis oportet fiat.proinde regionis,tempo ris,ætatis,& morborum habenda ratio,quibus talia vacuare conueniat.1.apho.2. 7

Ægri tolerantia talis qualis deiectionis & cuiuslibet alterius excretionis indicium est non paruum, at conferentia maximum si talia qualia repetita inuenies. 6. Epid. parte 3. text. 12.

8 *Quæ vacuantur non multitudine æstimandæ, sed si quæ oportet vacuentur & æger facile ferat atque vbi vsque animi deliquium conuenit faciendum si æger par esse posſit. 1. apho. 23. 25.*

Ad tolerantiam iterum Hippocrates redit quæ artificiosius præstat signum etsi nõ adeò certum vt conferentia.

9 *In fluxionibus alui excrementorum non in deteriora facta mutatio iuuat. 2. apho. 14.*

De alui excrementis variegatis non quę simul sed quæ vicissim excernuntur est sententia hæc, & per ea quæ ante dicta sunt satis existit plana.

10 *Quibus in iuuentute aluus humida senescentibus siccatur quibus sicca humectatur. 2. apho. 20.*

De hac tanta & tam pulchra Gal. vt neminem aliorum interpretum eam tetigisse oportuerit, doctrinalis tamẽ ea habeatur & quæ aliquando posſit deficere.

11 *Quibus per morbos acutos aut diuturnos aut vulnera aut alium morbũ extenuatis atra bilis aut veluti sanguis niger subierit, postridie moriuntur. 4. aphoris. 23.*

Ad

Ad inimici fortis victoriam comparandam fortioribus opus est, vti neruis, hi autẽ post longam pugnam debiles esse solent, rationabile ergo est tam bilem atram quam melancholicum sanguinem post longum morbum non naturæ vi sed eius irritatione nimia expelli. Aut etiam non eam contineri à natura, vtpote quam vincere nõ valeat: itaque deiectiones hæ malę sunt in fine virtutis sicut in morbi principio vt infra patebit & ibi eius causa, euasit cum deiectione nigra Herofon. 1. Epid. parte. 3. tex. 20. & Melidas (eodem) text. 31. sed hi non erant debiles, obijt Apolonius. 3. Epid. partę. 3. text. 83. at hic non coctis humoribus. 12

Purganti medicamento talia educenda qualia sponte producentia iuuant contrario vero modo sistenda. 4. aphoris. 20.

Metamorphosin ex sententia practica in theoricam & ex curatiua in prognosticã facere iuuat, & prædicere malum magnum si (in acutis) diarrheas nõ iuuãtes siccaueris, sæpe namque quæ signa mala sunt boni existunt causa.

Si qualia oportet purgentur, confert & facile ferunt, cõtra si fiat grauiter. 4. apho. 3. & . 6. Epid. parte. 4. tex. 12. 13

Medicus naturę minister semper oculũ figere

figere debet operibus rectis eiusdẽ, si ergo vacuationes bonas à malis conferentia tolerantiaque distinguit natura domina, etiam ars ministra distinguere debet.

14 *Si citra febrim tormina adsint genuum grauitas & lumborum dolor inferna purgatione est opus 4. aphoris. 20.*

Ex his symptomatis pertimescens Hippocrates ęgritudinem futuram remedium appositissimum morbo pręponit à situque affecti loci auxilij locum pręscribit.

15 *Excrementa alui nigra sanguini atro similia sponte euntia siue cum febre siue citra pessima, & quanto colores peiores plures fuerint deteriora. A medicamento autem talia exigi melius, idque quã to plures fuerint colores. 4. apho. 21.*

Modificari sententiam hanc decet ita vt intelligatur si aut in morbi principio (vt post dicemus) aut ęgro debili existente, vt ante diximus. Nam vere oportet tenere circa hoc quod post dicemus & dictum est ab Hipp. in aphoris. agens de excreationibus, quod si bene exeant bonę sunt, si male, malę.

16 *Morbis quibuslibet incipientibus si atra bilis sursum deorsum ve pernitiosum. 4. aphorismo. 22. febrienti. Choacarum. 75.*

Etsi in omnibus morbis malignum hoc sit signum in acutis pessimũ obseruaui, sępe

præstat

præſtat in hoc ſicut in reliquis conſuetudines animaduertere: ſunt enim quibus vacuatio hæc conſueſcit & in quibus non decet prædicare mortem futuram: præſtat etiam aduertere ſi atrabilis eſt an ſuccus melāncholicus.

Diſenteria ſi ab atrabile incipiat exitioſa.4. Aph.24. 17

Specialis eſt ſententia hæc eius generalis quæ proximè ſcripta fuit, & ſpecialiorem malignitatem ſignificat, dū non ſolum praui humoris deiectionem ſed acerrimi excedentiſque indicium præbet.

Sanguinem ſuperne ferri qualiſcumque ſit malum, inferne ſi niger deijciatur, bonum.4. Aphoriſmor.25. 18

De prima Aphoriſmi parte verbo vomitus num.7. memini me egiſſe, nunc de altera cocto morbo per inferiora deſcendens ſanguis in vtilitatem ægrotantis eſt ſæpe, præſertim niger, qui delatiorem tardiorem ac perinde mitiorem fluxum oſtendit: hac interpretatione manet facilior Hippocrat. & ſibi ipſi cohęrens, qui ante nigrorum deiectionem damnauerat. 7. Aphoriſmo. 37. cruda ſcilicet affectione & male exeuntem nec pugnat cum ſententia præſenti: nam.7. Aphoriſmor. ſalutare curabile aut ſanabile

significat, itaque Hippocrat. 7. Aphorismorum vomitum laudauit, cõtrariumque & repugnans manifeste presenti attulit sententiæ sed ea interpretanda, vt prædixi, est.

19 *Si disenteria laboranti veluti carunculæ deijciantur mortiferum.* 4. *Aph.* 26.

Ventris proluuies quæ citra disenteriam aut incoctionem est diarrhea dicitur à Galen. 1. Epidem. parte. 2. tex. 7. sicut quæ intestina exulcerat disenteria nominatur, hęc quidem primo mucosa post ramentosa & vltimo (cũ difficillima est curatu) veluti carunculas excernit, quælibet disenteria difficilis quia plena doloris affectio est, & quæ carunculas excernit longum postulat tempus ad curationem, quare timor merito haberi debet ne ante ęger præ dolore deficiat.

20 *Quibus per febres sanguinis vndecumque eruperit copia conualescentibus ventres humectantur.* 4. *Aph.* 27. *Choac.* 166.

Quando moderata sanguinis euacuatio facta est siccari aluus solet, nimirum appetẽtibus venis trahentibusque auide, quod eis defuit, at quando largus fuit fluor venter debilis factus non valet bene cõcoquere, ita nec deiectionem incrassare, hoc autẽ quod per febres ait sanguinis nimiam significat vacuationem: non enim mediocres sanguinis

nis fluxus febres soluũt (acutas præsertim) sed ita copiosi esse solent vt timorem Medico & periculum ægris ferãt, qua de re semper odio habui etiam crises huiusmodi.

21 *Quibus biliosæ deiectiones superueniente surditate cessant, quibus surditas superuenientibus biliosis cessat. 4. Aph. 28. Choac. 729.*

Non solum surditates sed omnes morbos tam in partibus superioribus quam inferioribus vacuatio humoris talis qualis per ventrem leuat, est enim alui excrementorũ purgatio omnibus fere ęgritudinibus communis. Quod si non perfectè euacuata materia surditas adest verisimile est humores superappetentes surditatis causam præstitisse, verisimile etiam si deiectiones redeant surditatem abfuturam.

22 *In diuturna leuitate intestinorum ructus accidus qui prius non erat bonum, 6. Aph. 1.*

Duę sunt lienterię species, vna quidem subito eueniens ab humore bilioso intestina mordente in qua venter nequit retinere & statim cibaria expellit cruda omnino & de qua Galen. meminit in hoc commento. at non Hippocrat. in textu, hæc namque lienteria longitudinem pati non assuescit, altera lienteriæ species est quando præ affectione ventris, & intestinorum, intempe-

rie aluus non retinet, quæ vt Gal. 6. de loc. affect. repente accedere nequit & quam præcedere solet Cœliaca hæc difficillima curatu est & hanc comitari à ructu accido est bonum propter causas à Galen. latas lienteriæ à priore causa profectæ communiter grassantur magis, & hac de causa plures à lienteria quam à Cœliaca liberantur.

23 *In longis intestinorum difficultatibus cibi fastidium malum, cum febre peius. 6. Aph. 3.*

Cum in longis morbis omnibus fastidium ciborum malum sit & disenteria longus esse soleat (nã inter chronicos & acutos annumeratur) verisimile est ciborum auersionem nimiam malum præstare signum, genus namque species comprehẽdit, at qui sententia præsens species est generis supra dicti.

24 *Longo alui profluuio laboranti vomitus sponte superueniens morbum soluit. 6. Aph. 15.*

Sæpe in quadam parte humor aliquis existit qualitatis prauę ita vt vicinos sua conditione inficiat, qui in partibus circa ventrem diarrheam efficere valet, at si humores antecedentes malam causam vomitu expellantur morbum soluent merito. Quod si velis sequi Galenum qui alio modo hoc fieri dicit, nimirum reuulsionis gratia ne per solú-

 tionem

tionem solutionem intelligas ęgri(qui in peius multò incidit)sed ipsius affectus, qui in alium degenerauit.

Diarrhea pleuritidi aut pulmoniæ interueniens mala.6.Aph.16. 25

Et in hoc etiam tempus diarrheę perspicere conuenit simul,qualitatem & quantitatem eius, cocto enim morbo & prodesse solet pleuriticis,sicut etiã & patientibus morbilos variolasue.

A sincera deiectione dissenteria.7.Aph.23. 26

Galen.3.Epidem.par.2.tex.8.in historia alterius qui ex abortiuo fœtu agens de sinceris deiectionibus ait,eas esse quæ familiarem seruant colorem, nulli alteri immistũ ideoque quæ bilis sunt pallidæ,flauę,fuluæ, rubrę,ęruginosę,aut nigræ sinceras appellari solere: interest tamen in harum appellatione quod quando bilis nomen proponitur velut per antonomasiam flauam exprimit,quod non reliquis contingit sed addito pallido,rubro,ęruginoso,&c.Itaque secũdum Galen.sententiã,idem est dicere à sincera deiectione disenteria, ác si diceret à bile flaua disenteria, sed qua ratione ab hac bile & non ab ęruginosa aut atra dicat ignoro,nisi maiorem partem sequens Hippocrat.flauam pro exemplo apposuerit:ma

iore enim ex parte à flaua bile fieri solent disenteriæ, etiam interpretatione sententię 6.7. Aphorism. tenebis si hanc tenes.

27 *Quibus per diarrheas spumosa sunt alui excrementa, à capite fit defluxio. 7. Aph. 30.*

Diarrheam (dictum iam est) eam esse quę citra lienteriam & disenteriam alui fluxio existit, in lienteria spumosa crudaque apparere solent, tamen cibis velut intactis permixta, patet ergo à cerebro spumosa talia labi: nam si à ventris cruditate non diarrheæ nomen indidisset fluxui sed lienteriæ, videtur ad dignotionem magis spectare.

28 *Quibus cruda deorsum subeunt ab atra sunt bile si plura copiosiore si pauciora minore. 7. Aphoris. 68.*

Forte de hypochondriacis hæc agit sententia quas coctionis defectus prope semper comitatur, scio præterea quartanam à vomitu iuuari pituitoso, melancholicosq́; nimium serum congregare, quæ omnia crudorum expulsionem ab atra bile sæpe profiscisci attestantur, quod si sententia haberet sic, ab atra bile subeunt cruda, distincte magis audiretur.

29 *A diarrhea disenteria. 7. Aphor. 75.*

Biliosam aut atrabilariam intellige diarrheam.

Disen-

Disenteriæ superuenit lienteria.7. Aphorismor.76. 30

Non tenet sententia disenteriã necessario in lienteriam cedere; sed simpliciter à disenteria lienteria quasi dicat, aliquando. Hoc ego sic interpretor, licet enim aliquando audacẽ esse interpretem & antiquas opiniones obsoletasque suscitare, leuitatem intestinorum hanc affectionem antiqui dixere, quod existimarent propter intestinorum leuitatem eam fieri, quæ leuitas, accidere intestinis potest à cicatricibus liuores facientibus simulque in potentiam retinendi quæ præcipua lienteriæ causa habetur.

Qui ab alui profluuio multo tempore detinentur vna cum tussi, non liberantur nisi dolores vehementes pedibus inciderint, si verò vult correctio naturæ fieri, postquàm non amplius fluit, aut inanem egestionem habuerit flatus excernuntur. ind. libr.2. 31

Ab alui profluuio (sine tussi & cum tussi) diuturno liberari ęgri possunt, expurgata iam materia (vt experti sumus in aliquot qui quidem nullo adhibito remedio post plura tentata sponte euasere) possunt etiam hi reliquos humores in pedes suscipere, reliqua aut fallacia existimo aut non teneo.

Ventris valde rubens proluuies mala in omni- 32

bus morbis non minime in prædictis. 1. *prorrh. sectio.* 1.2. *& Choac.*

Eadem ratione qua niger sanguis deiectus bonum præstat signum qui valide rubens est malum præstabit, hoc intellige non de sanguine hæmorrhoydarum qui sæpe floridus est, sed de eo qui à partibus superioribus descendit: hic quidem in acutis malã exhibet significationem ob ea quæ ante dicta sunt, num. 8.

33 *Alba deiectio phræniticis mala.* 1. *pror. sectione* 1.13.

Non solum vrinæ albę sed & albę deiectiones malę sunt in phrænitide vt quæ hũmores repetentes ad cerebrum significent, vnum est hoc eorum quæ in genere signa sunt phrænitica.

34 *In biliosis sincerisque deiectionibus spumo sus flos velut ascendens malus, tum ei cui lumbi ante doluerint.* 1. *prorrh. sect.* 3.21.

Si spumę causas & sincerę bilis rationes tenes ebullitionis, incendijque maximè signa hæc sunt: quod autem de lumborum ait dolore non habet necessitatem aliquam: sæpenumero enim lumbi dolent quibus humoris circa ventrem præsertim circa colon intestinum vexant.

35 *Quibus aluus liquida, laßitudo, capitis dolor,*

sitis

ſitis vigiliæ obſcuritas & impotentia vt mente moueatur ſpes.1.prorr.ſect.2.3.

Ex omnibus ſupra dictis ſignis perſpicue vigilia & obſcure capitis dolor deliriũ portendunt, hæc enim eiuſdem generis ſunt cum cerebri affectionibus, obſcuritas quæ ad cerebrí affectionem reduci poſſet mentis perturbationem non prædicit, immò verò humores ſenſus interiores relinquere atque in exteriores recurrere.

Si intercepta aluus parua nigra velut caprarũ ſtercus ad neceßitatem demiſerit per nares eruptio, malum.1.prorr.ſect.2.6.& Choac.689. 36

Fæcum retentioni ſiccitas & ſiccitati diuiſio & vtriſque nigrities ſuccedit, nam quia retinentur ſiccantur, calore interno (etiam naturali) quæ ſiccantur amittunt continuitatem quam habebant, & quæ ſiccantur & diuiduntur recoquũtur magis atq; nigræ fiunt, quæ omnia ſanis degentibus contingere ſolent quando exquiſita vtũtur dieta prę́ſertim ę́ſtiuo tempore, paruam hæc ſigna ſignificationem præbebunt, quoniam quod ait de ſanguinis eruptione heterogeneum eſt.

Deiectiones in ſpumoſas ſinceraſque deſinentes exacerbant.1.prorrh.ſect.2.tex.15. 37

A ſincera bile flaua ſincerę fiunt deiectio-

nesvt ſpumoſę,à motu nimio vel à nimio ar dore,quę duo in acutis grauia ſunt,ſed con templari oportet tum morbi ſtatum tum etiam cętera ſigna vt mortem aut ſalutem pręſagias: quapropter libri autor prudens horum prædictionem tacet ſolumque exacerbationes prædicit; cui ego addo tertianarias.

38 *In acutis biliosis, albicantes ſpumoſæ & picrocholæ deiectiones malæ, malæ & huiuſmodi vrinæ an & his iecur laboret.* 1.*prorr.ſect.*2.18.

Non ſimul & ſemel deiectas has deiectiones intelligere decet, vt veritatem habeat ſententia ſed viciſsim,malas namque eſſe variegatas in prognoſti.accepimus, malos & prauos eſſe morbos qui ab vtroque humore tum crudo tum aſſato procedunt in Epidemijs legimus. Quod ſi ſcriptum ſic accipias non neceſſe erit lectionem mutare, & ad affirmãdum negationem picrocholo præponere(vt Galen. vult)quod autem de vrinis ait,fuerit eadẽ doctrina quæ de deiectionibus ſi viciſsim & non ſimul intelligas (vt dictum eſt)nam ſimul erit impoſsibile magis quam in deiectionibus,quod verò interrogat an laboret iecur nec addo nec detraho quicquam, ſed vt ſententia ipſa opinaturo relinquo.

Si ex ventre tenuia(non sentiente ægro (exierint si extra se non sit malum vt hepatico. 1.*prorr. sect.*2.46.*Choac.*734. 39

Maiorem multo noxam in sentiendi facultate ostenderent crassiora sed hęc hepaticis nunquam contingere solent qui excrementa humida & veluti loturas carnis recenter occisę deijciunt.

In ardentibus cum aliquantula perfrictione aquosæ bilis deiectiones, oculorum peruersio malum tum si cathoci fiant. 1. *prorrheticor. sectione.* 2.49. 40

In ardentibus perfrigere malignitatis signum est, vt Galen. de inæquali intemperie: sed hoc non tenere oportet semel, nam inter initia semel horrere solent multi ex his qui continue febricitant sine malo prognostico, & in statu ac vigore plures qui sudore liberantur, intelligere ergo conuenit perfrigere cum repetentia aut quotidiana, aut tertiana, aut inordinata, his ergo aquosæ deiectiones malę erunt, quod morbi naturę non conueniat, ardere enim ęgrum & cruda aut aquosa expellere significant quod ante dictum est abundantiam crudorum atque recoctorum & vt melius dicam vstorum, quod de oculorū peruersione ait heterogeneum est quemadmodum, & quod

de cacoche etsi hæc inter se homogenea sint.

41 *Quibus coma spumosis prodeuntibus oritur febris accidit acuta.* 1.*prorrh.sect.*3.1.

Aliqui febricitare incipiunt febri ita miti vt nec febricitare appareant, quibus si coma adiungitur merito prędicere poteris futuram acutam febrim: coma namque in febri putrida malitię insignis signum prębet & febres parvę quandoque in acutiores terminantur: hoc experimur in febre quam Hispane tabardillo dicimus, quæ sæpe primis quatuor diebus ita remissa est vt non appareat, at post accéditur in ardentissimã, quod autem ait de spumosis prodeuntibus (& quod nostram attingit causam) dico, quod quibus spumosa prodeunt & oritur coma etiam post acutè febricitant, non autem deiectiones morbi acutiem prędicant sed coma.

42 *Ventris deiectiones subliuentes cum perturbationibus & primæ tenues aquosæque suspicionem habent.* 1.*prorr.section.*3.15.

Diuersi generis nulliusque artificij hęc signa sunt iuncta præstabat vt prog. dixisset liuidas deiectiones malas esse sicut & vrinas tenues non bonas.

43 *Sinceræ desistentes purgationes omnibus exacer-*

bantes

bātes his verò si valde fuerint parotidas attollunt. 1.*prorrh.sect*.3.28.

Quælibet incepta vacuatio si desinit suspicionem præbet materię relictæ:at quo ea verget ex reliquis indicijs cognosces: ná si quæ pars ante morbum dolet ibi morbi sedes & vbi sudor ibi morbus & denique debiles partes aptæ sunt ad recipiendum excrementa,ex quibus constat sententiæ huius infirmitas & quod sinceræ deiectiones desistentes necessario parotidas attollent, reliqua ergo consideranda sunt.

A renide liquidæ deiectiones,&c. 1. *prorrheti. section*.3.24. 44

OEdipo coniectore opus est ad præspiciendam literam textus,ille veniat & interpretetur,quæ namque Galenus in proprio sermone dubitauit, æquũ est dubitare nos in alieno.

Post modicam sanguinis eruptionem nigramque deiectionem in acutis surditas malum;sanguinis deiectio in his surditatem leuat. 1. *prorrhetic. sect*.3.27. 45

Nil habet deiectio nigra cum reliquis signis:at si licet extra locum suum rem tractare,dicam de sanguinis eruptione & surditate & rursum de sanguinis deiectione, equidem in acutis solent nares stillare humori-

bus superna petentibus & cum illæ occlusæ sunt hi loca aures occupant à quibus ad mentis locum paucę sunt scalę. Quod si sanguinis cótingat deiectio(à quacumq; parte ea descendat)reuulsio fit qua & surditas pręsens & delirium futurum cessare poterunt.

46 *Quibus venter sistitur sanguinem hi profundũt. 1.prorrh.sect.3.46.*

Retentis humoribus venæ replentur,hæ exonerari solent qua melius valent & modo per nares modo per hæmorrhoydas & modo per alios ductus ab onere liberatur suo sæpe,at non semper,quandoq; enim præter naturam ingestus cibus facit morbum.

47 *Ventre nigra stercorosaque deijciẽte coma superueniens parotidas attollit.1.prorr.sect.3.tex.73.*

Affinitatem plurimam habent coma & parotis, tum loci, quia vicinum vtrumque est cerebro,tum ratione humoris quoniam à crasṡiore fieri natum est,quare sopores plurimi in parotidas finiuntur, sed quid cum nigra stercorosa deiectione ambo habeant ignoro, nisi contrarietatem ratione loci:hæc enim inferiora petunt sicut illa superiora.

48 *Egestiones alui pro ratione quantitatis cibi & exercitij.2.prorrh.3.liquidiores peiores.4.*

Sententia hæc solam habet veritatem quę

in prognostico reperitur, reperitur autem pars eius prima, reliqua de exercitio non ita vniuersim vera sunt, sunt enim quib⁹ corporis motus nimius ad copiosam deiectionem prodest, sunt etiam quibus contra quies.

Liquidiores egestiones sine febri & quæ septima die finiuntur aut citius commodæ si semel fiant & non reuertantur. 2. prorh. 5. 49

Non inter apocryphas Hippocratis magni sed inter sanctas eius sententias digna erat hæc scribi, quam Cornelius cõfirmat, & experimentum sine periculo attestatur. Quod autem ait si semel fiunt & non reuertantur tantum interest ac si diceret si erratum nõ contingat: his enim diebus & citius solent hæ deiectiones cessare omnibus rite peractis, si namque nullo errato tot essent, vt terminum hunc trãscenderent, verisimile est febrem comitantem habere.

Quibus per febres alu⁹ liquida est. 4. acutorũ. 38. 50

Syndromes hæc est quæ nil necessarium de ventris fluxu fert.

Quibus biliosa est alui egestio, his circa pectus morsus & amaritudo, malum. Choac. 51

Nil habent affine cum significato, quod ad pectus attinet, & parum quod de amaritudine scribit, sed sunt complicationes affectuum quæ addunt morbo grauitatem.

Egestio-

52 *Egeſtiones alui aluæ in phrenitide & torpor malum. Choac.* 98.

Aſcẽdẽtis humoris ad cerebrũ hęc duo ſigna ſunt quæ quidẽ cum delirio cõmunẽ ſignificationem habent loci ratione. Sed ſi humoris naturam conſideres contrarietatẽ nõ paruã torpor cũ phrenitide, nam phrenitis à bile fit quę ſane cõmune parũ habet cũ torpore, qui ab humore crudiore fieri ſoleat.

53 *Diſenteria intempeſtiue ſuppreſſa abſceſſum in coſtis aut viſceribus aut articulis facit, num bilioſus in articulis ſanguineus in coſtis & viſceribus fit.* 510. *Choac.*

Humores retentos nullum præſtare beneficium, at transferri quo magis negotium faceſſant tam verum eſt quam quod veriſsimum, ſed num huc, num illuc eorum recurſus futurus ſit, ex alijs capere oportet vt ſupra dictum eſt.

54 *Diſentericis vomitus bilioſus in principio malus.* 511. *Choac.*

Longam diarrheam à vomitu curari in genere dictum ſupra eſt ex aphoriſmo. libr. in ſpecie autem à bilioſo vomitu diſenterico noxam ſuſcipere in præſenti habetur ſed nec illa in vniuerſum vera nec hæc in vniuerſum falſa eſt ſententia: debent in quocumque acuto morbo diſplicere bilioſi

liosi vomitus inter initia tanquam excretio irrita & non naturæ lege acta: sed hæc huius loci non sunt aliàs memini me egisse cum de vomitu.

Disentericæ subrubræ limosæ largæ egestiones in flāmeis, valde rubicundis coloribus solutæ insaniæ timorem inducunt. 513.*Choa.* 55

Nec quicquam signa hęc cum eo quod significant cōmune habent.

Disenteria non longa splenicis commoda, longa mala, desinente enim si hydrops aut lienteria fit lethalis est. 514.*Choa.* 56

Etsi tam pars quæ ad bonum quam quę ad malum pertinet veritatem habet, tamen est parum necessaria, comprehēsæ enim ambę iam sunt in generalioribus. i. quidē quæ ad salutem pertinet sub ea quæ per conferētem locum materiæ expulsionem probat, altera sub illa quæ ait à disenteria lienteria mala, quod autem de hydrope additum est nullius est artificij: hydrops enim à quacumque causa grauissimus est morbus.

Sanguinem egerere splendidum malū est tum si dolor adfuerit. 693.*Choa.* 57

Ex hęmorrhoide solet sæpe talis effundi sanguis, non modo absque noxa sed cū profectu maximo, cætera ergo consideranda.

Spumosa circumbiliosa alui egestio mala mor 58

bi regij soboles est.694.Choa.

Hinc vsque ad finem libri plures sunt sententiæ de alui fluxu quas consulto prætereo,eas lege & forte commodum quã nos capies maiorem.

Flatus.

1 *SI flatus sine crepitu excernitur optimus est,melius autem est cum sonitu exire quam recondi & reuolui,quod si cũ crepitu excernitur dolorem aut delirium nunciat nisi sponte dimissus sit.2.prog.24.Choa.544.*

Non de quolibet flatu hic sermo est sed de eo qui in ventre eleuatur,nec de omni sed de eo qui inferiora petit. De quo Hippocrates agit dupliciter,vno modo vt signũ est quod quidem aut delirium,aut dolorem significat,(si modo quis non sit adeò inuerecundus vt absque delirio & dolore cum crepitu,excernat) malum ergò tanquam signum dicit hoc modo,& vt causa flatus retentus malus & dolorificus est vbicunque infestet,pessimus vero si intra tunicas.

2 *Flatuosum in furfurosis simul causa est, etenim flatuosi sunt.6.Epid.parte.3.tex.13.verb.venter numero.19.*

De flatu hic sermo est & nec vt signum nec

nec vt causa sed vt concausa qualis hæc sit, Apollinis tripode opus est.

Lumbrici.

B*Onum est lumbricos teretes exire morbo eũte ad indicationem. 2. prognosticorum. lib. tex. 18. & lib. de Iudicijs.* 1

Vna est hæc species plurimarũ quas genus euacuatio cõplectitur, ac sicut reliquæ oẽs euacuationes citra coctionẽ, & in principio prope semper sunt malæ, ita & hæc, bona tñ quando in statu aut circa statum fit, hoc namque significat morbo eunte ad iudicationem, habes. 1. Epid. parte. 3. ægrum febrientem qui teretes deiecit lumbricos & obijt, hic autem nequaquam morbi vigorẽ attigerat, nec Hippocratẽ accuses hic negligentiæ quod aliorum vermium sit oblitus, nam latus in chronicis morbis contingere solũ solet (de quibus sermo in prog. non est, sed solummodo de acutis) & tenuis (dictus ascharides) qui in tertio lumbricorum genere continetur, etiam sanis degentibus contingit.

Qui in capitis dolore ascharidas habent his surditas & sopor sequens parotidas excitant. Choacarum. 179. 2

Cùm vermes circa ventris partes immo in ventris partibus consistant, non mirum est varia ab eis erũpi symptomata, quæque dissimilia videntur: nam & tormina excitãt rodentes ipsa intestina: cum verò ascẽdunt ad partem ventriculi alia multo sæuiora diuersaque mouent, facile namque noxa ventriculo cordi & cerebro cõmunicatur: ventriculum vellicant, anxiũque cor reddunt, cerebrum afficiunt capitis dolore, & nunc sopore, nunc peruigilio vexant atque ita varie, & difficulter vt patientem venenum deuorasse putes, non tamen à vermibus hæc patietur ascharides vocatis, qui enim mitissimi sint talia adducere accidẽtia nequeunt, & solo pruritu quem in partes inferiores recti intestini citant contenti sunt. Reliquum ergo est vt sententia hæc habeatur inter spurias, quod autem de parotidibus inquit, etiã (& forte magis) absonum est, nullam enim cõmunicationem tumores hi, cum vermibus sortiuntur, & multo minorem cum his supradictis.

3 *At vero eas quæ à diuturnis fluxionibus vexãtur, & cætera quæ.2.prorrh.tex.38.*

Multa congregat hoc in loco libri autor quibus conatur docere quæ fœminæ lumbricos euomuerint, & quæ eos vomituræ sint,

ſint, illa conſulto prætermiſimus ne paginas ad impleremus nęnijs atque ſuperſtitionibus frigidis.

Hęmorrhois.



Æmorrhoides ſuperuenientes melãcholicis & nephriticis, bonum. 6.aphoriſmorum.11. 2

Qua via hęmorrhoides melancholicis proſint ſi anatomes non inſcius es, ſcis: at ſi eam ignoras quære & inuenies facillime. Qua vero nephriticis prodeſſe poſsint, ſi quæris viã repe ries etſi non ita amplam, quod ſi non inueneris cape loci vicinitatem in quam deriuata materia vexãs, vexabit minus, quid quod nephritis nõ ab humore ſed à lapide fit, ſi nomen rigide & propriſsime capimus? fateor lapidem nõ deriuari per ani venas, at affirmo lapidis dolore humores trahi ad renes quibus humoribus doloris incrementum capiunt & quibus per hæmorrhoidas vacuatis nephritici habẽt melius, nec inter eſt ſi per hæmorrhoidas ſanguifluam intelligas affectionem, quæ proprie ſic dicitur aut vero hæmorrhoidum inflammationem

quomodocumque enim aut reuulſio aut deriuatio efficitur.

2 *Diuturnas curanti hæmorrhoidas niſi vnaquæpiam ſeruetur periculum hydropis vel tabis. 6. aphoriſmorum.22.*

Hęmorrhoides aliquando melancholiã vitioſumque ſanguinem fundunt aliquando plenitudinem euacuant, vt Gale.6.Epid. parte.5.tex.25. rationi ergo conſentaneum eſt ſi copia ſanguinis boni retinetur natiuũ obrui calorem & hydropam ſuperuenire, præſertim quæ leucoflegmatia nomen habet, ſicut neceſſarium ſi humores praui in corpore cumulantur hoc tabe marceſcere.

3 *Hæmorrhoides vt varices inſanis inſaniæ ſolutio.6.apho.21.*

In ſuperiore ſententia quæ prima fuit vnum remedium duobus dixit morbis pro deſſe dum ait Hippocrates melancholicis & nephriticis,&c. Nunc autem remedia duo vni applicuit morbo dicẽs hęmorrhoides & varices,&c.cauſa eadem eſt quare ſilere præſtat vnum ſolum admonendo ex ſententia Galen.6.Epid.parte.3.tex.37.prope ſemper vitioſum ſanguinem (quemadmodum venas vteri) hęmorrhoides concedere & atræ bilis ſimile effundere eas Galen.6.Epid. parte.5.tęx.25.&.6.Epid.tex.vltimo melancholicum

licum

licũ ſanguinem & lienis duritiem vacuare & ſanare ait.

Hæmorrhoides ſi oriantur melancholicis & phreniticis bonum.Iud.libro. 4

Aliquis exiſtimabit hãc eſſe eandem ſen tentiam cum priore & literam errore varia tam phreniticis,pro nephriticis habere,ſed re vera ſicut ante de vtero diximus non ſolum ſanguinem hæmorrhoides vacuant ſed humores omnes expurgant vndecunque.

Hæmorrhoidas habenti bono prædito colore& multo vtenti potu,hyeme vere copioſus ſanguinis fluxus,& circa æſtatem decolores. 2.prorrh.2. 5

Non eſt quod ſententiam hanc explana re oporteat ſi memoria repetis,quæ in ſecũ da huius dicta ſunt,ex quibus innotuit hæ morrhoides multitudinem euacuare quibus ea redundans eſt,quales ſunt ſanguinei quemadmodum cacochymiã his qui cacochymi,diſtãt cutis colore hi abillis,cacochy mi enim ſemper male colorati ſanguinei vero coloratiores ſunt niſi æſtatis tempore quo omnes homines reſoluuntur & male colorati fiunt maiori ex parte.

Sedes.

SEdes procidunt viris quos(ſi hæmorrhoides ha bent)alui profluuium corripit, pueris autem 1

calcu-

calculo laborantibus & disenterijs longis, ac meracis, senibus vero quibus muci agglutinati sunt. 2. prorrh. 36.

Et ab hęmorrhoidibus debilitato fine recti intestini & ab alui profluuio præsertim disenterico & à calculo vesicæ & à mucosa pituita & salsa ob conatum egerēdi aut mingendi sedes procidentiæ fiunt, & causas ab ætate capiunt sic, prior ętas procidentiam à calculo quia ad calculos in vesica parata est media ab hęmorrhoidibus, quia sanguinis plus gignit, postrema à pituita salsa quia magis pituitæ aceruat disenterica affectio communis omnibus est.

In longis pernitiosis morbis sedis dolor lethalis est. Choa. 78.

Longi & pernitiosi morbi lethales sunt & absque sedis dolore: de acutis & dubijs posset quis rationabilius addubitare quid sedis præsagiat dolor, circa quod nil habeo cōmendatione dignum nisi (quod in genere pluries dictum iam est) dolores omnes & abscessus cum signis coctionis bonos esse & sine eis prauos. Sicut contigit. 3. Epid. parte 2. Euryanactis filiæ cui sedes doluit initio morbi & postea defuncta est, quia etsi suppurata pauca fuit suppuratio & in principio, & Pythioni. 3. Epid. parte. 1. tex. 4. suppuratio

tio circa sedem facta fuit & stranguriosus abscessus superstesque quia humor iam coctus.

Et quicunque alij abscessus vt fistulæ medela sunt.6.Epid.parte.3.tex.39. 3

Ad partem præseruatiuam hæc attinet sententia,ex ea tamē potest prædicere, si an te non erat fistula, & facta recēter est quod ea futura sit in commodum totius corporis sicut etiam si antea erat,& clausa est præsagi re malum futurum,morbus enim fistula est qui aliorum medela esse solet sicut hæmorrhoides fontanellę& similia.Sed hæmorrhoi dum fluor & fistulę magnitudo modum te neant oportet.

Quæ ad icterum.



Vibus per febres morbus regius superuenerit ante diem septimum, malum.4. aphorismor.62. 1

Hanc sententiam ita explicatione Gale. manifestat vt mea non indigeat,non autem erit iniquum eam confirmare eiusdem Hip pocratis historia,qui.3.Epid.parte.1.text. 5. ait Hermocrat. ictericum ante.7.(6.scilicet die)obijsse.27.nec solum regius morbus ante coctionem malus est, sed etiam cæteri

omnes abſceſſus vt Galen. eodem.

2 *In bilioſa febre morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem morbum ſoluit, ſi vero abſque rigore præter occaſionem peſtiferum.* 4. *acut.* 32.

Sufficiens fuiſſet autori dixiſſe, morbus regius præter rationem ſanatus peſtiferum eſt: nam nec rigor ante ſeptimum eum ſoluere ſolet, nec ſolutio ſine eo eſt mala, inquit Hippo. (1. Epid. parte. 2. tex. 65.) ictericis ſoluit morbum aut per veſicam aut per ventrẽ purgatio, aut ſanguinis narium euacuatio. Itaque etiam cocto humore rigori ſalus nõ ſuccedet, niſi euacuatio ſuccedat, etſi hæc ſit abſque rigore ſecura eſſe ſalus ægri poterit, nam perijſſe in ea conſtitutione omnes qui illis euacuationibus caruere conſtat, quemadmodum &. 6. die ictericos eos factos.

3 *Icterus poſt. 7. in ardentibus indicium ſublati ſudoris, nam nec ſudãt, nec aliàs abſceſſus, ſit ſed ſani fiunt.* Iud. libro.

Non ſolus vates eſt bonus qui futura prædicit ſed & qui præſentia, & præterita quę non videt, cùm ergo Medicus icterum poſt 7. viderit iudicare iure poteſt non ſudaſſe, qui enim ſudant non icterici fieri ſolent, ni mirum per ſudorẽ materia exhauſta, quod ait poſt. 7. coctionem ſignificat humorum ob quam recidiuam nullatenus timere de-

cet: coctiones enim securam sanitatem. &c.

Auriginosi non admodum ventosi. 5. *aphorismorum.*72. 4

Si per auriginosum picrocholum bilio sumque intelligeretur, facilis causæ fuisset indagatio, nunc autem quia aliàs à Galeno intelligitur, aliàs oportet quærere causas, cũ ergo icterici alij fiant ab hepatis obstructione, alij ab intemperie eius (præsertim calida) alij ab animalis morsu, alij etiam à cistis felis debilitate, alia etiam ratione crisis, quærendum est de qua sermo sit, non de vltima: hęc enim non pendet à morbo sed est symptoma quod sine ope Medici cessare solet, nõ de tertia, nã hęc breuiter aut abest aut hominem rapit, reliquum est, vt icteri ab hepatis affectu aut cistis felis veniant in cõsiderationem, tales quidem icteri etiam in chronicis non sunt flatuosi, nimirum cum humores alio delati ventrem deserant à quo flatus prope semper fieri solent, saltem hi de quibus in præsentiarum est sermo.

*Quibus per febres morbus regius.*7.9. 11. 14. *superuenerit bonum nisi hepar durum sit, alioquin non bonum.*4.*aphorismorum.*64.*Choaca.* 130. & *idem fere.* *Iud.libro.* 5

In morbis acutis lata est sentẽtia in quo

rum decretorijs si post signa coctionis icte rus succedat bonus est si hepar molle sit, quoniam hepate duro manente non criticū eum esse verisimile est, sed ab obstructione natum obstructio sine tumore & cum tremore fieri contingit, quarum hæc manifestior est.

6 *In ardentibus morbus regius, & singultus. 5. die lethale* Ind. *libro.*

Non opus erat singultum addidisse vt morbus pro lethali haberetur, fatemur tamen cum eo reliqua accidentia peiorem facere morbi conditionem.

7 *E regio morbo abunde colorati moriuntur, alba vero egestio his præcedit. Choa. 42. efflantes, & reflati insomnis leuiter suspicientes. Choacarum.* 70.

Non omnes qui ex morbo regio moriūtur alba egerunt, sæpe enim in ardentibus citra hepatis obstructiones non solum externa, sed etiam interna tincta pallido sunt colore, nec ob id morbi securitatem firmant imo (vt dictum est) mortem si sine signis coctionis symptoma hoc succedat. Quæ autem reliqua sunt ęnigmata videntur aut saltim signa heterogenea.

8 *Morbo regio affecti non ita subtili sensu præditi quibus singultus sunt his alui erumpūt, fortasfis*

sis autem & suppreſsio fit hi viridanti pallore fiũt. Choacarum.539.

Caſu potuit aliquando hoc contigiſſe aut ita raro vt non mereatur nomen ſententiæ prognoſticæ.

Hepar durum fieri ictericis malum.6.apho.42. 9

Mali ſunt icteri qui ab obſtructione hepatis procedũt, nam & membrum eſt nobile, & medicamenta difficulter in illud penetrant, ſicut in reliqua membra interna quæ in vijs ductum non ſunt, at peior eſt obſtructio quæ cum duritie coniũcta eſt, & maiorem habet mali cauſam quare merito malum minatur.

In ictero fatuitas mala. Choacarum.215. 10

Solent ſæpe ſupra dicti icteri in hydropa terminari quibus accidere fatuitatem poteſt aut ſeroſo humore cerebrum irruente aut facultate rectrice debili iam facta, aut etiam ob vtrumque, vtcumque hoc ſit malam præbet ſignificationem rectricis facultatis amiſsio hæc, ſenſus hebetudo ſententię.8.& huius fatuitas videntur eadem.

Hydrops.

HYdropes omnes quæ ex acutis morbis fiunt malæ ſunt: non enim à febre liberant & valde doloroſæ ſunt atque lethales, incipiunt autẽ 1

plurimum quidem ex partibus inanibus & lumbis, quædam autem à iecore. 2. prog. 1.

Mala est hydropis species hæc, propter ea quæ Galen. in cõmento fert, & reliqui scriptores cum eo, sed non displicet opinio cuiusdã viri grauissimi qui has omnes in curabiles asserit, eo quod hepar habet suam cõtinuitatem solutam, & velut rimis quibusdã apertã, per quas serosus translabitur humor ab hepate intra peritoneũ & intestina, quo facto difficultas arguitur maxima, nam continui solutio in membro principali difficillima est, & propter membri præstantiam & propter curationis repugnantiam, solutiones namque interiorum membrorum fugiunt chirurgicas manus atq; perinde prõptiora remedia, has hydropas ex continui solutione periculosissimas iudicat Hippocrates. 7. apho. 55. etsi Gal. non adeò, præstat tamen Magistro morem gerere. 3. Epid. parte 3. tex. 68. plurimi ex acutis in hydropam incidere qui omnes fere perierunt, vt insinuat.

2 *Quibus ergo ex inanibus partibus & lumbis hydropum initia fiunt pedes intumescunt, & alui fluor diutinus fit nec soluens dolorem, qui ex inani parte efficitur, ac lumbis, nec molliens ventrem. 2. prog. text. 2.*

Si aqua

Si aqua è venis in ventrem efflueret (vt Hippocrates ait in apho.) salus quidem vacuationi succederet: at quoniam in hac hydropis specie nec dolor soluitur nec deprimitur vēter, periculosum habetur, non ventris depresſio nec doloris est in his solutio: ꝙ alui fluor nō à materia hydropē efficiente sed ab alijs fiat causis, respice Galen. cōmentarium.

Quibuscunque vero à iecore hydropes fiunt, tusſes cupiditasque inest, & nihil excreant effatu dignum, & pedes intumescunt, & venter non deijcit nisi dura & ægre, & circa ventrem fiunt edemata, quædam in dextra, quædam in sinistra parte existentia ac ceſſantia. 2.*prog*.3. 3

Concedo documentum hoc ad diagnosticam directiſsime pertinere, & certus sum pertinere etiam ad prognosticam, quoniam ex præstantia & necesſitate affecti membri poſſumus arguere maiorem rei difficultatē, quamobrem his signis quæ demonstrant affectum hepar præcognoscitur periculum maius. quod autem ait de tusſiendi cupiditate, iecore affecto, non semper contingere solet omnibus sed his solum quibus hepar costis alligatur.

Hydrope laborantibus in corpore vlcera non facile sanantur. 6.*apho*.8. 4

Tempe-

Temperiem quadratam habere debet(si & Galeno in lib. methodi & experimento concedimus)ille cui vlcera faciliter curantur quod impossibile est hydropicorum membris contingere, quæ omnia frigiditate nimia fere semper,& semper humiditate laborant superflua.

5 *Hydropico si aqua è venis in ventrē effluxerit solutio 6.aphoris.14.lib.Iudiciorum, & Choacar. 505.& 509.*

Huius rei causa manifesta est, & ex qua elicitur quod quæ inutiles alui deiectiones sunt,non à venis sed ab aliijs fluunt locis, quæ autem hæc sint loca nec nunc instituti nostri,nec ita facile est prosequi, vellem ego quam maxime libros habere quos de reumaticis affectibus Galen.scripsit vt hic aliquid de eorum doctrina disserere m.

6 *Hydropicis tussis si superueniat malum . 6. aphorismorum.35.*

Tussis fieri potest hydropicis quatuor ob causas: primo ob aliquam destillationem à capite (quia non ratione morbi) altera causa esse solet ob colligantiam hepatis cum costis,tertia propter compressionem membrorū spiritualium,sed hæc tussis inanis est & quæ nil excreat effatu dignum,quarta est

quum

quum aquosa humiditas tãtũ creuerit vt asperas arterias occupet, prima tussis species nec bona nec mala haberi debet, secunda non bona, tertia mala, quarta pessima & de qua extat Aphorism .7. particulę aphoris. 47. in hunc modum Si hydropicum tussis teneat desperatus est.

Leucophlegmate detẽto si fortis diarrhea super ueniat morbum soluit. 7. Apho. 29. & libr. de Iud. 7

Nulli hydropis speciei ita conuenire videtur profectus qui sententia quinta positus est, (nimirum ex euacuatione humorum è venis in ventrem decurrẽtium) sicut huic dictę Anasarchæ.

Albæ pituitæ aqua intercus superuenit. 7. Aphorismor. 74. 8

Miror quod pituitam albam dicat nisi per figuram pleonasmon, cum pituita omnis alba sit ex sua natura, quod autem ait hydropem superuenire leucophlegmatiæ aut pituitę albę, sic intelligere conuenit, quoties cumque pituita in venis abũdat si ea nimia sit regurgitat inter carnem & cutim, quo in loco sita speciem efficit hydropis quę anasarcha dicta est.

Hydropicus bene habere secundum viscera debet nec esse eius extrema gracilia aut colliquata, melius est vt tumores habeat in extremis quam sci- 9

licet intus, optimum verò eſt neutrum horum habere, nam mollia & gracilia eſſe extrema conuenit itemque ventrem mollem, non tuſſire, non ſitire, nec linguam ſiccari, cibos appetere, & vbi ſatis comedit non affligi. 2. prorr. 10. 11. 12. 13. 14.

Non ſolum hydropicis ſed etiam omnibus ægrotantibus hæc conueniunt, quare artificioſa parum videtur ſententia hæc, niſi quantum ad eam partem quæ habetur poſterior & vltima, ſolent namque hydropici poſtquam cibos hauſere affligi præ anguſtia facta tum à copia grauantis cibi tum etiam à compreſsione ſepti trāſuerſi, tumore hydropico facta, quod quidem malum eſt tanquam ſignum, ventriculum male affectum ſignif. & tanquam cauſa quia afflictio coctionem interturbat.

10 *Qui pauca bona habuerit ſigna, exigua ſpes eſt, qui nulla deſperata res eſt.* 2. prorr. tex. 14.

De hac ſententia dictum eſt in generalibus, quare non eſt quod immoremur: manifeſtum enim eſt vniuerſalia particularia cō prehendere & ea quæ ante dicta ſunt etiam hydropicos comprehendiſſe.

11 *Cui multum ſanguinis eruperit & febris acceſſerit, hydrops ſuperuenit breuiſsimi temporis, & ex qua pauciſsimi euadunt.* 2. prorrhetic. text. 15.

Fateo

Fateor nimiam ſanguinis vacuationem (ſicut & totum corpus) frigore hepar labefactare, atque à debilitate cachexiam & ab hac hydropem fieri ſolere, nō tamen admitto neceſsitatem quam lectio ſignificat: videmus enim quotidie plurimo ſanguine vacuatos qui nec in aquam intercutem, nec in cachexiam ceſſerunt, quod autem addit de febre nil ad futuram affectionem affert, prę ſertim ſi ęger à potu ſit abſtinens & in cibo temperans.

Quibus tumores magni facti emarceſcunt, ac rurſus attolluntur, magis conualeſcunt quam illi qui ex ſanguinis eruptione implentur: verum fallunt hydropes ipſos ægrotos, faciuntque vt ipſi à Medi*cis diſcedant & pereant.* 2.*prorr.tex*.18. 12

Tumores pati ſolent hydropici tum per totum corpus tum etiam (& præſertim) per crura & pedes, in ea loca delapſa materia quæ modo flatuoſa, & humoralis eſt modo, hos ergo tumores emarceſcere aut euaneſcere malum eſt ſicut attolli bonum quantum in eis eſt: minus enim extra humor quam intra erit homini noxius, euaneſcunt autem dum interiora petunt vbi inſidias ægrotantibus parant quas ignorantes ægri non comprehendũt & exiſtimãtes ſe iã liberos à Medicis diſcedũt periculoſi magis quam ante.

13 *Hydrops siccus facit orthopneam. Choacar.* 473.

Forte quia flatus facilius ad partes pectoris ascendere possunt,& forte nil habet sententia hæc pulchri cui magis subscribo,sed ne documentum deferamus omnino,breuiter dicamus aliquid de tympanite,aut sicca hydrope quæ idem sunt,& abstinentes nũc à mortis & salutis præsagio, memoremus eam partem iudicij quæ circa longitudinẽ aut breuitatem versatur,super qua Hippocrat.4.acutarum.96. tenet hãc curatu difficiliorem quam reliquę hydropis species,causam illic inuenies.

14 *Hydropicis siccis vrinæ stillicidia mala,malæ etiam vrinæ cum paruis sedimentis.Choac.*502.

Siccæ hydropes ait libr.autor, humidę enim possent quemadmodum per ventrem etiam per vesicam expurgari ac solui, mala igitur stillicidia in his sunt quoniã aut acrimoniam humoris aut magnitudinem tumoris indicant,tumor enim magnus non solum extra eminet sed intus vesicam comprimit & irritat ante debitum tẽpus ad expulsionem, quod de paruo inquit sedimento videor mihi ideo dicere malum esse quod eius paruitas præstet & augeat causam morbi antecedentem.

Hydro-

Hydropicis affectiones comitiales pernitioſæ & 15
interſe ſigna praua ſunt & aluos humectant. Choacarum. 503. & 507.

Haberi debet ſententia hæc magno Hippocrate indigna, quis enim inſcius eſt affectum peſsimum peſsimo affectui adiunctũ rei difficultatem augere.

In bilioſis aluus turbata egerens parua genitu 16
ræ ſimilia mucoſa & dolorem circa pubem inducẽtia, & vrinænon facile ſolubiles prodeuntes ex talibus in hydropem deſinunt. Choa. 504.

Caſu hoc contigiſſe aut ſemel aut bis exiſtimo, neſcio quare libri autor ex actu vnico habitum fecerit: vidimus enim plures his ſymptomatis affectos quibus hic morbus non ſuperuenit, immo ſola victus ratione exquiſita eos curauimus abſumptis humiditatibus ſuperfluis & humoribus craſsis à quibus egeſtiones hæ fiunt.

Hydropico febrienti vrina parua & turbata 17
pernitioſa. Choa. 505.

Fere ſemper hydropici paucas reddunt vrinas etiam non febricitantes quod potus materia ad partem lęſam ſcilicet inter peritoneum & inteſtina defluat, quod autem de vrinæ turbatione ait non video cur hydropicis mala eſſe poſsit ratione ipſius morbi, turbatę namq́ue vrinæ craſſę ſunt om-

nes quæ nullatenus hydropicis nocere debent vtpote quæ materias morbi expellant, quod si febris acuta sit mala erit turbata vrina sed non ratione hydropis.

18 *In hydrope sicco suam significationem præmittente tormina circa intestinum tenue mala sunt. Choacarum.506.*

Si doctrinam ab Hippocrate ex. 2.prognosticorum ante latam non obliti sumus, peiores hydropes sunt, quæ ab hepate quam quæ à partibus inanibus, quoniam illæ per affectionem propriam hepatis, hæ vero per consensum à partibus inanibus: fiũt quod si non tanquam primariam causam intestinum tenue consideres, sed tanquam vas, recipiens flatus ab alijs locis, nec sic multum significat mali.

19 *Hydrops qui ad curationem remisit recurrẽs desperatus est.Choac.508.*

Causas procatharticas considera, quod si absunt verisimile tenet sententia: grauium namque morborum recidiuę grauissimę esse solent.

20 *Quibus ex aliqua ægritudine ad aquam intercutem res deuenit & reliqua.Choa.529.*

Reliqua respice apud Hippocratem aut vt melius loquar apud Choacarum autorem quæ quidem & vera sunt & ita plana vt nõ

egeant

egeant interpretatione, egebit tamen Medicus fortuna bona ad hydropis omnes ſpecies curandas, non ſolum ad tympanitem vt Hippocrates ait.4.acutarum tex.96.

Renes.



I ſanguinem aut pus mingat renum aut veſicæ, exulceratio ſignificat.4. Aphoriſmorum.75. 1

Duas interpretationes reperies apud Galen. quas & alij interpretes ſequuntur, eas nunc miſſas facio aduertens quod ſi præterita conſideras ea tibi manifeſtabunt à qua parte excreméta procedant, ſi namque poſt abſceſſum pulmonis aut hepatis giue pus mingatur manifeſto ſcies nō à veſica aut renibus mingi, ſicut ſi veſica aut renes, perſpicies clariſsime à partibus eorum aut pus aut ſanguinem manare. Galen. per veſicam & renes vaſa etiam intelligit, quæ ipſis inſeruntur, tales ſunt emulgentes in renes quę ſi patentiores ſunt male percolato ſanguine ſanguineam reddũt vrinam, tales prætera quæ à renibus in veſicam terminantur: hæc quidem ſæpe vlcerari ſolent ab anguloſo lapide & ab vlcere ſi vena maiuſcula eſt diſtracta etiam cũ cruore pus procedit, puden-

pudendum etiam & vsque ad collum vesicę partes vlcerari solent & à lapide & sæpe à gonorrhea venerea atque vrinarum meatus etiam sine vrina sanguinem aut pus expellere.

2 *Quibuscum vrina crassa exigua caruncula aut veluti pilli exeunt à renibus excernitur. 4. aphorismor. 76.*

Etiam in hac sententia intelligere oportet de renibus quod ante de eisdem & vesica dictum est eos scilicet comprehendere non se solum sed vicinas vias vt emulgētes quæ supra sunt & vreteras quæ infra, aliter non video qualiter pilli cubiti medietatē ęquātes possent fieri renes, namque non adeò longi sunt nec anfractum habent ita longum quo possint formari pilli tanti, reliqua quære à Galen.

3 *Qui inopinantur sanguinem meiunt his à renibus venulam ruptam esse significatur. 4. Apho. 76.*

Galen. consule, statutum enim est, quæ ab alijs dicta sunt pulchre non rapere, aut etiam rapiendo lędere vt alij faciunt.

4 *Sanguinem mingere raro sine dolore & febri lassitudinis solutionem signific. non quicquam mali. 2. prorrh. 7.*

Quemadmodum & humores reliqui redūdantes qui in venis coercentur per vri

nas

nas expurgari solent ita & plenitudinem vacuari verisimile est posse, qui ergo plenus sanguinem minxerit à lassitudine (quā mul titudine patiebatur) liber erit, hic raro sanguinem minget, quia raro plenitudines cumulantur, & sine dolore, quoniam sine vlcere ruptione aut excesione sed solummodo vasorum reseratione maiore.

Renum & vesicæ vitia in senibus difficulter curantur. 6. Aph. 6. 5

Nisi vitium intemperies sit nuda & calida, intelligenda sententia in cætero, ita Galen. eam interpretatur vt non egeat alia interpretatione, quod si aliquid liceat addere id erit ex ipso Galen. alio loco desumptum. 6. Epidem. parte. 1. tex. 5. quo loco monet renum affectiones in declinante ętate potius molestare.

Nephritin & longam inualetudinem significant bullæ vrinis innatantes. 7. Aph. 34. 6

A flatu humori immisto bullæ generatio nem suscipiunt, flatus autem eleuantur dupliciter aut à calore maiore in materia admodum lenta aut à minore in materia non adeo crassa, sed raro renes intemperiem patiuntur frigidam propter eorum calorem natiuum, sicut raro inflammationem propter eorum densitatem, reliquum est vt bul-

læ hæ à copia crudorum fiant quæ etsi calore nimio comitata diuturnam efficiet affectionem.

7 *Quibus in vrina adipalis & conferta superficies nephriticum & acutum morbum ostendit. 7. Aphoris. 35.*

Plurima pinguedine renes frui solent ob quod & ob viç communionem facile intellectu est confertam adipis in vrina copiam non ab alio quã à renibus demandari, quod autem nephriticum appellet hũc affectum communiori & non proprissimo vocabulo vsus est: ad rem ergo redeundo inquam quod nuda intemperies calida non subito sed sensim renes occupare solet, ideoque ab ea nequaquã cõferta adipalis fiet vrina: reliquum ergo est vt aut ab intemperie vniuersali toti⁹ corporis febri scilicet acuta, aut à renum phlegmone excernatur, quę etiam acuta est affectio vtcumque sit verum habet Aphorismus talisque vrina dignotionẽ præbet acuti renalisque morbi.

8 *Si quibus è renibus ægris præter dicta signa dolores etiam circa spinæ musculos fiant, si ad extra sentiantur extrinsecus abscessum expecta si ad intra intrinsecus. 7. Aph. 36.*

De renum aposthemate egisse ante Hippocrat. constat per hanc lectionem quod deue-

deuenire ad ſuppurationem prædicit optime,ſi quidem perdurante dolore circa hãc partem materiæ vertendę in pus argumentum maximum præſtat aut intus aut foris pro humoris vergentia.

Dolor renum repentinus cum vrinæ ſuppreſſione calculorum aut vrinarum craſſarum mictionem ſignif. Choac.672. 9

Si ęger vrina ſuppreſſa ab his diem ſuum obijt antequam vrinam emittat aperte falſa erit ſententia hæc,præſtat ergo dixiſſe doloris repentini cum vrinæ ſuppreſsione calculus,aut vrinarum craſsities cauſa eſt.

Ad purulentos renes ſtranguria.5.Aph.58. 10

Solet nempe aut à puris acrimonia aut craſsitie diſtracto aut occluſo veſicę collo.

Nephriticis & melancholicis hæmorrhoydes bonæ.6.Aph.11. 11

De hoc dictum eſt ſupra in verbo hæmorrhoys.

Veſica.

VEſicæ duræ & doloroſæ malæ omnino ſunt,& exitioſæ:exitioſiſsimæ verò quæcunque cum febre continua ſunt, dolores namque ab ipſis euenientes intermittere valent,& ventres in talibus non deijciunt niſi dura & ægre.2.prog.71. 1

Malę ſunt omnes veſicę affectiones tumoroſę,& ob membri affecti debilitatem, ac ſenſibilitatem periculoſæ: quæ autem phlegmonoſæ non malæ erunt ſed exitioſiſſimę,tũ ex ſe tum ratione acutæ febris,quę eas comitatur, comitatur enim inflammationes veſicę acuta febris,dolor acerbus,vrinæ ſuppreſsio ſtercoriſque, ob quæ, omnia periclitatur æger.

2 *Si quis ſanguinem aut pus aut ſquamulas meiat grauiſque adſit odor veſicā exulceratio ſignificatur.4.Aph.81.*

Ad dignotionem affectus directe hoc pertinet documentum,non tamen inepte tranſferri ad prognoſticam valet;qui namque dicit veſicam vlceratam morbo graui longoque affectam prædicere valet.

3 *Si vrina mingitur purulenta candidum ac leue obtinens ſedimentum ſolutio accidit ægrotationis.2.prog.72.*

Inter mortem & humoris reſolutionem media ſuppuratio eſt,quę quidem ſi pus exhibet tale quale,vt.1.prog.dictum eſt,ſalutis præbebit ſpem maximam, ſtrangurioſi abſceſſus boni in.2.conſtitutione.1. Epidemion text.41.&.3. Epidemion text.4. Silenus obijt cui ſtranguorioſus abſceſſus.1.Epidem.par.3.

Si vero nec concedat vrina nec vesica mollescat, ac continua febris primis circuitionibus aboleri expectandum.2. prog.73. 4

Malum est vt in priori sententia dictum est aluum in his non deijcere, & quia fæces duræ dolorem maximum in earum expulsione ferunt & quia aluus adstricta nulli fere morbo prodesse potest, propter materiarum retentionem, at multo peior est vrinæ suppresio tum quia est in ipsomet affecto loco tum etiam quia homines melius tolerant duos & tres dies absque alui deiectione quam diem vnum absque vrinæ excretione, sed hæc omnia non solum tanquã signa sed tanquam causa mala sunt.

Hic modus attingit pueros à.7.ad.14.2. prog. 74.& Choac.519. 5

Huius causam quære à Gal. præstat enim non factum sed infectum facere.

Quibus cum vrina crassa furfurosa exeunt vesica scabie laborat.4. Aph.77. 6

Nec hanc licet sententiam attingere, vt quæ adamusim à Gal. explicata sit, sed bonum prædicito ex hac vrina.

Vesica intercepta, tum aliàs tum capitis dolore conuulsiuum quippiam habet.1.prorrhet. sectione. 3.text.28. 7

Quoniam non magni sed parui Hippo-

cratis apparet hac scrutari licet & dilaniare oportet, vidimus enim plures qui per tres 4.5. & dies. 6. vrinarum suppresione omnino passi sunt, in quibus nec vmbra conuulsionis visa est forte his qui pereunt superue nit compatiente cerebro cum læsa vesica quæ neruosa est.

8 *Calculosi ita figurati vt lapis in meatum vrinarum non illabatur facile mingunt. Choac. 520.*

Inepta ob manifestam veritatem sententia hæc est & ineptus esset qui rem ita planam interpretari conaretur.

9 *Quibus tuberculum circa vesicam mingendi difficultatem inducens ad omnis generis figuras vexantur huius solutio fit putrefluente. 521. Choac.*

Similis fere hæc est sententia (quantum ad praenotionem attinet) proximæ supra dictę.

10 *Quibus vrina clandestinè labitur exoluuntur desperati. Choac. 522.*

Desperabit forte quis dum huius interpretationem molitur, præstat ergo eam relinquere quam alicui mortem desperatam prædicere.

11 *Quibus infernæ partes affliguntur pruritibus antea fortibus obortis, his arenosa vrina fit & supprimitur. 537. Choac.*

Ad glandem mediam fere terminantur sen-

ſenſibiliſsimi nerui qui in coitu & ſeminis emiſsionē magnam promunt delectationē, & dolorem magnum his qui lapide in veſica vexantur compatiente nimirum veſicæ collo. Cum ergo cauſa nec ita delitioſa nec doloroſa ita eſt, mediam efficit affectionem inter voluptatem & dolorem tale facere arenulę natę ſunt idque modo tangentes membrum ipſum generationis interius aut collum veſicę per communicationē. Quod autem de vrinæ ſuppreſsione præſagatur audax nimium eſt.

Quibus in vrina ſubſident fabuloſa ijs veſica calculo laborat. 4. Aph. 79. 12

Cum huic ſententiæ (vt Galen. tenet) plura deficiant ad eius veritatem licet eam inter apocryphas conſcribere.

Stranguria ad vteri inflammationem. 5. Aph. 58. 13

Inter vterum & inteſtinum rectum veſica ſita eſt: quare non mirum ſi ratione viciniatis hæc compatiantur membra, immò neceſſarium vt inflammata veſica aluus ægre deijciat (vt numero ſecundo dictum eſt) & ab vteri inflammatione difficultas vrinæ naſcatur vt in præſenti Hippocr. vult.

(?)

Lumbi

Lumbi & dorsus.

1 *DOlores qui cum febre affligunt circa lũbos & inferas sedes si præcordia attigerint inferiora relinquentes exitiales admodum; consideranda alia signa, si quod sit prauum desperandus æger, si non purulentum expectabis. 2. prog. 70. & Choac. 1 17.*

Relinquere affectionem inflammatoriam, inferiora petereque superiora & præcipua membra malum vniuersaliter est: abscessus enim ad longinqua fiant oportet merito ergo verissima hæc sentẽtia, & morbus lethalis valde haberi debet, sed nec adhuc desperandum de salute nisi aliud accedat mortale signum, poterit namque inflammatio superiorum in pus conuerti & per pulmonem expurgari, aut etiam in empiema transire, quod quidem quandoque per exputum sanari solet, quandoque etiam per sectionem aut vstionem; & ne huc vsque certa salus nec mors adest certa, donec pus consideraberis: si namque vt in Prognost. habetur, est album & quam minime fœtidum salutis surgit spes, si contra moriturum hominem certo prędices, quæ namque natura humores corrigere non valuit nec vulnus valebit penetrans vnire.

Quibus

Quibus elata hypochondria murmurant lumborum. 4. Aph. 73. 2

De hac sententia habitus est sermo verbo hypochondrium nu. 11. est alia de lumbis verbo venter num. 7.

Quibus lumborum dolor diuturnus cum æstu fastidioso fit si sudent malum, an et his tremor & vox vt in rigore. 1. prorrh. sect. 2. 7. 3

Ne præceps desperes circa priorem partem, sed memoria repete (loquor cum experto) vidisse plurimos te cum assiduo lumborum dolore ad. 5. &. 6. diem & etiam cum æstu sudasseque post non inutiliter, circa secundam Galen. consule ille tibi speciatim scribit nil affine cum priore habere autorēque vsum scopo dissoluto.

Ex lumborum recursione oculi peruersio mala. 1. prorrh. sect. 2. 35. 4

Singularis hæc est sententia illius vniuersalis quæ primo numero habita est, cerebrum affectum significat oculi peruersio, cerebrum autem nobilius membrum quam lumborum regio est.

Ex dorso frequentes horrores celeriter in aliam transeuntes cōditionem, implacidoq́; vrinæ interceptionem, animi dolorem indicant. 1. pror. sect. 2. 43. 5

Affecto dorso horrores increbrescere verisimile cum ab eo instrumenta sensus &

motus procedant, quemadmodum etiam vesicam quę neruosa nimis est compati, & vrinæ pati interceptiones. Cum hoc tamen nullius artificij sententia est, sed syndromes quędam particularis habuisset artis aliquid, si fuisset huiusmodi, ab horrore vrinarū suppressio nō bona, quę cōtraria omnino esset alteri habenti, ante rigorem vrinarū suppressio, hæc enim à rigore sudorem & à sudore salutem promittere solet.

6 *Ex lumborum dolore ad os ventriculi recursiones febriles cum horrore aquosa tenuia & multa reuomentes, mente aberrantes voce priuati nigra vomentes moriuntur. 1. prorrh. sectione. 2. 51. & Choac. 349.*

Aggregatio hæc est signorum lethaliū sed inartificiosa quia heterogenea sunt, similes aliàs visere poteris. 1. prorr. sectione. 3. text. 8. 14. & 26.

7 *Lumbis dolentibus stomachi dolores accedentes signa eruptionis sanguinis puto notamque prægressam. 1. prorrh. sect. 3. 37.*

Si per sanguinis eruptionem è naribus (vt par erat) teneam⁹ verò dissimilis lectio hæc est: at si quæ sanguiflua aliàs dicitur non omnino absona (præsertim nota prægressa alia futuræ eruptionis) solent namque ab retentione huius dolores accedere supra dicti, &

cess

ceſſare hæmorrhoydarum fluxu aut etiam alui vt autor docet, eodem ſectione tertia. 47. 8

Lumborum tetanus atque in melancholicis per venas ſpirituum interceptiones cum fuerint, ſanguinis detractione ſoluuntur.4.acut.69.74.

Forte ad diagnoſticam tanquam multitudinem indicans & ad curatiuam tanquam remedium præſcribens, videtur hæc pertinere ſententia, at ego vt maiorem mihi faciam iuriſdictionem ad prognoſticam refero & præſagio tali remedio futuram breuiſſime mortem niſi reliqua conſiderentur exquiſite.

*Ex dorſo horrores frequentes cito tranſeuntes ægre tolerari poſſunt, vrinæ interceptionem ſignificant, exudare his peſſimum. Choac.*10. 9

Ordinem naturæ circa horrorem vrinarũ ſuppreſsionem & ſudorem habes nu. 5. ex quo argues exudare hos poſſe commode.

*Febres intermittentes verum æqualiter caleſcentes aluo inflata pauca egerente his poſt iudicationem lumborum dolore ſequuto alui erumpunt. Choac.*297. 10

Lumborum regioni inteſtina adiacent, quapropter alui ſubductiones lumborum dolores præcedũt ſæpe hoc ſcio, ſed harmoniam reliquorum non capio.

11 *In dorsi ac pectoris dolore mictio cruenta suppressa pernitiosa est dolorose.*301.*Choac.*

Et pectus communionem habet cum vijs generationis & vrinæ. Gal.6.Epide. parte.2. text.14.& parte.3.text.41.& parte.4. text.4. & vena caua vicinitatem cum dorso atque in his affectionibus, vrina cruenta suppressa & humores recurrentes ad interiora negotium facessent.

12 *Quibus sanis hyeme circa lumbos frigiditas & grauitas ex leui causa, & aluus suppressa (superno ventriculo valente) his coxendicus morbus aut renum dolor aut vrinæ stillicidium fortassis contigerit.*536.*Choac.*

Et fortaßis nil horum sed aut bona victus ratione aut alui fluxu spontaneo aut etiam arte operato aut alio quodammodo liberabuntur.

13 *Dolores ex lumbis diuturniores qui febris tertianæ modo exaceruantur grumosum sanguinem egerere faciunt.*338.*Choac.*

Si suppurationem aut intus aut foris. lib. autor prædixisset nobis qui & experti sumus, placuisset magis tanquam crebrius cōsequens, hoc enim quod de sanguine ait grumoso semel in vita vidisse sufficiet.

14 *Dolores in lumbis sanguinis fluxum inducunt.* 339.*large.*340.*Choac.*341.*ex dorsi dolore morbi*

prin-

principia difficillima sunt. 342. *Choacarum.*

1.Epidem.par.3.Sileno eadem par.Phylini vxori doluerunt lumbi,& ille,& hæc periere.Nec eis contigit sanguinis fluxus:at Epicratis vxor eadem parte & vomitu & alui subductione liberata est.Metoni(fateor)eodem loco fluxus contigit sanguinis, primo tentatus post copiosus qui simul cum sudo re incolumem eum fecit.Has inueni historias apud Hippocrat.ęgrorum in lumbis dolentium & vni Metoni sanguis effluxit,collige tu quid tibi videatur: sententia namq; de vniuersalibus esse debet,nec ex dorsi dolore solo inter initia difficilia prædicere cõuenit, alia signa congrega, quod si capitis grauitas & colli accesserit contentio, tam in dorsi dolore,quam in lumborum maligna haberi debentur,delirijque nuncia si Galeno astipulamur in historia supra dicti Sileni.

*In lumborum dolore pertinaci & ampliore alui subductione à veratro vomere spumosa multa prodest.*343.*Choac.*

Raro ab intemperie nuda interiora dolent,& sæpe cum materia causa coniuncta est,quæ si vni loco non ita hęreat vt tumorem iam efficiat proculdubio vomitu iuuabitur æger, & forse liberabitur ; si verò tu-

more circunscripto existat non video cur euacuatione hac soluatur, nam nec ferro cedit affectio cruda, dices proderit vacuatio materię antecedentis, fiat.

16 *Spinæ distorsionem, & spirandi difficultatem sanguinis fluxio soluit.* 344. *Choacarum & 345. & 347.*

Nec hanc sententiam nec duas alias ei vicinas in choacis annotare in animo est sed eas opinaturis relinquere alij forte aliquid succi ab eis ferent, quo eas carere mihi videntur: nam euacuatio sanguinis nil habere videtur affine cum luxatione, nec semper cum spirandi difficultate. Etsi audio à Galen. anginę speciem quæ luxationem inflammatione faciat.

17 *Lumborum dolor sine causa manifesta sæpe impetens maligni morbi signum est.* 355. *Choacarum.*

Si in acutis hoc intelligatur merito malignum haberi debet tanquam humorum furorem significans qui in parte præcipua firmari (si non ante vacuentur) solent.

18 *Lumborum dolor cum sopore anxioso malus.* 356. *Choac.*

Raro soporosi dolent si admodum tales sint sed soporosi leuiter intelligere cõuenit, malus autem sopor est anxioso lumbis dolenti

lenti propter eadem quæ à Gal.14. huius tra dita sunt in annotatione.

Lumborum distentio ex mensium multitudine ad suppurationem tendunt. Choac.357. 19

Etiam sine mensium suppresione dolores diuturni cum febre suppurationis præbent suspicionem, sed magis cum ea.

Quibus lumborum dolor & lateris sine causa manifesta hi regium morbum incurrunt. 358. Choacar. 20

Sententia hæc me omnino fugit (ne quicquam bene dixi) scio contrario se habere modo & plurimos vidi lumbis lateribusq; dolentes qui in icterum non incurrerũt, sicuti plurimos etiam qui à dolore ventris eum passi sunt.

Genitalia.

SI genitale testesque cõuelluntur dolor ac mors significatur. 2. prorrhetic. 10. & Choac. 543. 1

Inhonestum spurcumque ita hoc signum est vt indignum mihi videatur viro graui, sed id intelligas hoc modo & minus erit obscœnum. Si quando tibi contigerit ęgrum videre nudum verecunde inspicito membra supra dicta si contracta sunt nec

ob

ob eorum solam contractionem mortem præsagias: multi enim vel natura vel qualibet ex causa eam patiuntur, alia ergo signa consideranda sunt certiora ad rei certitudinem, quare consulerem abstinere ab hoc, tum parum certo, tum etiam parum verecũdo signo.

2 *Quibus in meatu vrinario tuberculum est, suppurato & rupto solutio. 4. Aph. 82.*


Angusta est ita hæc via vt capere non possit tuberculum sine omnimoda vrinæ suppresione & exsanguis ita vt difficulter eũ patiatur: quod si quando contigerit procul dubio sententia erit vera: non enim pars hæc ita præcipua est, vt pulmo, hepar, lien, & alia membra quorum vomicæ febres excitent continuas in tabem desinentes.

3 *Vter testis maior apparuerit considerandum, dexter marem sinister procreabit fœminam. 6. Epidem. par. 4. tex. 26.*

Prognostica etiam hæc sententia est, vt quæ futurum masculum aut fœminam portendat, certa ita vt contigerit bubulco ligare tauris sinistros testes coitus tempore, vt mares gignant, ac si licet alijs præsagire fœtus futuros scito viros plurimum veneri indulgentes fœminarum magis esse procreatores.

Pubes

Pubes.



N febribus inguinis dolor morbum diuturnum significat. Choac. 80. 1

Non ego ausus ero ex inguinis dolore morbum prędicere diuturnum: nam nec experimentum inueni nec causam inuenio: reperi tamen. 3. Epid. parte. 3. text. 25. 26. 47. periclitasse magis eos quorum pubē pudendumque morbus vrgebat, quam eos quorum brachium cubitum femur tibias pedes forte quia addenes venis arterijsque ambiuntur maioribus, à quibus pestiferę qualitates facilius in cor recurrerent, inguen doluit Herophonti. 1. Epid. parte. 3. sed non obijt.

Ex *bubone febres omnes malæ præter hephimeras.* 4. *aphor.* 55. 2

Febres pestilentes in vniuersum putridę sunt quo præposito si veram reddidimus rationem præcedentis sententiæ, præsens patet, scilicet quod hephimerę febres malę nō sint cum non posśint addenes virus pestilens (quo carent) in cor mittere.

In pube parum dolentes pernitiose habent. 1. *prorrh. parte.* 2. *tex.* 37. 3

Huius rei causam ignoro nisi velis ar-

guere expultricis debilitaté,reliqua ergo cõ siderare oportet ex quibus euidentiorem veritatem conijcere valeas.

Coxa.

1 *QVibus longo coxendi cum dolore molestatis femoris summum coxa excidit rursumque recidit his mucosa pituita ibidem colligitur.6.apho.59.*

Ob partis conditionem(quæ muco plena est ad aptiorem facilemq́ue motum)coxa adaptatur morbis ex pituita, & quod hi hi longi sint,dictum argumentum erit euidens; qui enim à sanguine fiunt intra .40. dies terminantur,& qui à bile citius.

2 *Quibus in ardentibus coxarum dolor, oculorũ distorsio,aut cæcitas,aut testium tumores, aut mãmarum eleuatio febrem ardentem soluit, aut etiam hæmorrhagia lib.Iudiciorum.*

Prætermissis reliquis signis(siquidem dis iunctiue habet sententia)de coxę dolore dico non eum esse certum salutis indicium in ardentibus, nam etsi Clazomenius. 1. Epid.parte.3. & 3. Epid.parte.1.ille qui in Dealcis horto & Heropitus.3. Epid.parte.3. liberi facti sunt,hac eadem parte enixa quędam obijt,reliqua ergo consideranda sunt: quod

quod autem subsequitur ardentem soluit aut etiam sanguinis è naribus fluxus. Non sufficit ad generalem regulam ex quatuor tres actus in se cõtinere, quare cum ex quatuor experimentis tria sola eam confirmantia inuenerimus apud Hippocratẽ sententia hæc erit debilis, quod si nobis licuisset nostra addere experimenta eam dubiã magis redderemus, fatemur tamen in morbis qui natura apti sunt recidiuam facere, profuisse coxę dolorem eumque à recidiuis liberasse homines.

Si quippiam in vrina sublime petierit occultato coxæ dolore delirium signific. & quæ circa aurium sonitus contingunt talia. 1. prorrh. sectione. 2. text. 1. 3

Casu contigisse arbitror vt autor huius libri videret ęgrum qui cum dolore coxę sonitum in auribus sentientẽ acutaque febri correptum in delirium post incidisset & vt canis mordere solet lapidem proijciẽtem relinquens, apprehendit de coxę dolore tanquam delirij causam & dimisit aurium sonitum qui quidem delirij indicium est certum, vt verbo aures copiose dictum est.

Femur.

1 *Malignus est & doloris ex femore progressus. Choacarum.35.*

Larissę caluo. (3. Epid. parte.3.) dextrũ doluit femur &. 4. obijt vnicum hoc est experimentum quod apud Hippoc. inuenio: quare si ex quatuor tria non sufficiunt ad Canonem constituendum sufficiet minus vnicum, quod quidem tria habet contra se. Vt verb. pubes num. 1. dictum est de constitutione illa in qua multi seruati sunt quibus femur affectum fuit.

Genu.

1 *Nec genuum dolor bonus est. Choacarum.35.*

Genua doluere ei qui in dealcis horto. 3. Epid. parte. 1. at hoc signum inter bona annumerat Galenus, & sic res attestata est. Saluus namque vt supra dictum est euasit.

2 *Genuum grauitas cum dolore lumborum citra febrim & cum torminibus purgationem per inferna significat. 4. Aphor.*

Ad curatiuam potius quam ad prognosticam hæc pertinet sentẽtia, nisi ab expurgatio-

purgatione salutem vis prædicere sicuti ex esu orobi affectum redditurum, vt ex Hipp. 6. Epid.

Crura.

QVibus per febres crura & reliqua. 4. acutarum. 61.

Longa est syndromes & quã tu poteris in origine videre ei qui in dealcis horto doluere tibiæ nec inter mala signa annumeratum hoc est, quod si crurum dolorem futurum prædicere aliquando volueris poteris ex esu leguminum, vt Hippocrates significat loco supra citato. 6. Epid. parte. 4. text. 13. 1

Crurum effœminationes velut aut ante morbum iter facienti aut post morbum eo quod fortasse ex lassitudinibus. 6. Epid. parte. 1. text. 12.

Reliqua huius sententiæ quod parum essent ad rem nostram industriâ reliqui, de eo vero quod scriptum est sentimus & prædicimus hominibus desuetis iter facere (præsertim pedes tribus) futurum vt humores exercitio nimio ad crura labantur ex quo eneruationes & debilitates cruribus procul dubio accedent, quod quidem fiet tam his qui conualescentes sunt, quoniam raro corpora manent adeò expurgata quin aliquãtum humoris non sit reliquum, quam his

qui sani degunt, quoniam raro inuenitur corpus adeò quadratum cui humores aliqui non superfluant etiam si exquisitissimè viuant: nam si edunt aliquanto plus aggregãt humores crudiores, sin vero minus quam oportet (quod raro accidit) biliosiores, edere autem nec plus, nec minus quã oportet, nec æger facere scit nec Medicus consulere Gal. saltem diffidit se præscribere posse confidens (si tãtum valuisset præstare) se fore qualem Æsculapiũ fuisse aiunt verbo fauces numero. 28. & .31. inuenies de cruribus sententias duas.

Suræ.

1 
Vrarũ dolores maligni mentéque mouent, tum si vrinæ subsidentia in medio innatet. Choacarum. 35. & .83.

Ignoro plane quid autor dicat, causam inquam ignoro: nam si & femoris & tibiarum dolores inter mala nõ habentur quare surarum dolor qui ita proximus est supradictis malignus erit, præsertim cum sit inferior: quod si dixeris apud autorem etiam tibiarum & femoris dolores malignos esse, respondeo plus apud te valere de-

re debere experimentum quod contrarium plane docet.

Extrema.

SI *præter corporis grauitatem digiti & vngues liuidæ sint mortem proximam nunciāt 2. prognostic. 8.* 1

In acutis morbis vt aliàs dictum est intelligere conuenit sententias omnes ex libro prognost. Hippocra. liuor ergo digitorum & vnguium cum corporis grauitate pessimus est(hoc enim significat præter corporis grauitatem)ratio habetur sic,solet quidem aliquando natura humorem prauum expellens prauam vincere affectionem, solentque digiti liuere & nigri ac cadauerati reddi & ęgrum liberari partibus extinctis cadentibus,at nō relicta corporis grauitate: indicium namque expulsionis bonæ conferentia est,cum ergo talis humor in corpore existat ita vt & in extrema decurrat & interiora occupet, & quando expulsio humoris similis fiat adhuc morbo existente incocto parua salutis erit spes & metus nimius futurę immo præsentis necis in acutis vt ante dictum est.

Si digiti ac pedes omnino nigrescant minus pestiferum est quam si liueant sed alia signa expectanda: 2

ctanda: si enim facile ferat morbum & signum aliquod salubre sit morbus in abscessum finietur æger conualescet & denigrata cadent. 2. prog. tex. 9.

Solet pars nigrescere aut ob virtutẽ debilem ex se aut ex humore defluente maligno, vtcunque equidem naturæ extinctione differunt, tamen quod nigredo cum debilitatis essentia à liuore initium habet, ea autem quæ ab humore melancholico sine liuore accedere valet: ob hęc igitur peius multo erit liuere partem quoniam ab extinctione in essentia semper quã nigrescere, quod quidem ab humore melancholico fieri potest, nec obstat si mortem subit pars, minus enim malum est quã si totum: quod si hæc tibi figmenta apparent vt alia plurima quæ circa hoc ab alijs scripta sunt, accipe Galeni opinionem aut interpretationem, qui non minus pestifere dici debere inquit præposita negatione huic termino minus.

3 *Extrema perfrigerari ventrẽ costisque calentibus malum. 4. aphorism.* 48. 7. *aphorismorum.* 1. *Choacarum.* 541.

Ita multum repetita est sententia vt nõ egeat approbatione, sed ne eam frigidam relinquam placet afferre quod Galen. in prorrh. extrema dici, pes manus, nares, & aures.

Pedum

Pedum ac manuum dolores(sicut conuulsio in 4
febre maligni sunt.Choaca.35.

Malignior multo est conuulsio in febre
(si à febre)quam manuum ac pedum dolo-
res si enim.1.Epid.part.3.Crito pedis passus
est dolorẽ & postero die obijt in Larissa vir
go.3.Epid.part.3.liberata est,apocrypham
ergo iudicare hanc oportet & ab alijs signis
veritatem aucupare.

Extremæ partes si in vtranque partem cito 5
transmutentur malum est; sed & sitis huiusmodi
mala est.1.prorrh.sectione.2.8.& Choac.55.

Modo ad colorem & obiectũ visus mo-
do ad calorem & frigus tactus obiecta per
transmutationem intelligat,heterogeneita-
tem humoris significat,& simul vacuationẽ
tentatam & non perfectam,quæ duo diffici
lia sunt.Quod autem ait de siti ait bene,sym
ptoma namque hoc etiam difficile reliquis
est.

Articulus.

QVibus tubercula vel labores ad articulos 1
post febres fiunt,ij cibarijs pluribus vtun-
tur.4.aphor.45.

Adhuc febrientibus affici articuli solent
immo eorum affectionibus febres aũt mi-
nui aut solui contingit sæpe,at qui iam à fe-

bribus liberi & cõualeſcentes ſunt, ſi tubercula in articulis recipiãt veriſimile eſt eos plus ingerere quã oportet abundantemque humorem pronum in debiliores labi partes.

2 *Qui circa articulos rubicundas in ſuperficie puſtulas habent, inſuperque rigorem, ij circa ventrem & inguina rubeſiunt veluti ex plagis doloroſi & moriuntur. Choac.* 538.

Galen. lib. quos & quando & quibus capit. 2. inquit: ſi articulorum dolores à bile fiunt multo calore & tumore pauco ſunt moleſti ſi à pituita contra: quare ex puſtulis rubicundis circa articulos ſicut ex omnibus alijs quæ in reliquo fiunt corpore rationabiliter bilem arguere debemus, de reliquis quæ in hac habentur ſententia dubito, inæqualia enim omnia ſunt ſigna & cohærentia vt ſine calce arena, licet ergo exiſti mare hoc ſemel aut bis contigiſſe ex eiſque autorẽ ſententiam ſtatuiſſe parum conſtantem.

3 *Quibus aluus ab initio turbatur vrinæ vero paucæ ſunt & progreſſu temporis aluus ſiccatur vrina vero tenuis redundat, his abſceſſus ad articulos fiunt. Choa.* 71. 91.

Deiectio multa vrinam merito minuit vt in libro habetur aphoriſmorum, nimirum

rum vt inquit Auicenna decedente materia ad alium canalem, purgatis etiam humoribus aluum ſiccari eſt veriſimile appetente natura ſibi reſtituere id quod exhauſtum fuit, hac de cauſa ſæpe conualeſcentes qui recta vtuntur victus ratione ſquiualoſas emittunt deiectiones, quibus etiam vrina tenuis eſſe poteſt & ſolet natura in concoctrice debili, propter eius à morbo defatigationem, ſed nunc non in conualeſcentiæ tempore, ſed in morbi hora conſtituti ſumus, de qua nil certi dicere habemus, potuit namque aluus initio turbari cum pauca vrina & poſt ſiccari cum tenui: nec tamen humores ſuperabundare poſſunt etiã relictos eſſe, nec tamen in articulos decedere.

Vbi ſpes eſt ad articulos abſceſſus fore liberat ab abſceſſu vrina multa craſſa & alba reddita qua- 4
lis in febribus laborioſis quarto die quibuſdam exire incipit, quod ſi ex naribus etiam ſanguis profluxerit breui admodum ſolutio fit. 4. Aphoriſmorum. 74.

Morbi longi vt ſupra dictum eſt, apti ſunt ad ſuſcipiẽdos abſceſſus ſicut & articuli debiles apti ad recipiendos: his ergo præſentibus ſpes eſt abſceſſum in articulos futurum, huius autem timor aufertur vrinæ

crassę multitudine aut etiam sanguinis narium fluore, vacuato nimirum humore morbum efficiente : at de his verbo abscessus actum est.

5 *Quibus febres longæ tubercula aut labores in articulos fiunt.7.aphorismorum.63.&.4.aphorismorum.44.*

Non solum febribus longis sed quibuslibet longis morbis abscessus in articulos contingere solent, propter causam quam Galen affert.4.aphorismorum.44. quod autem reliquis longis morbis etiam sine febri contingant autor est Galen.6.Epid. parte.4. text.1.articulorum confractiones cum alijs malas Hippocrates dicit.6.Epid. parte.1. tex.29.

6 *Quicunque autem senes sunt & reliqua.2. prorrh.tex.19.*

Longa quidem hæc est sententia & quam solum memorare iuuit & non scribere ne chartam adimpleremus & tempus absque necessitate consumeremus, eo loci appelle si exquisite noscere placet, absurda tibi aliqua apparebunt & contraria, possunt tamen amice interpretari, velut si cum ait iuuenes podagricos sanari posse teneas eos qui semel passi sunt nō qui cōsueti pati, & cū ait qui tofos in articulis patiuntur sanari non posse

posse non impossibile, sed diffi cile intelligas, rursus eodem loco. text.43. plures inuenies sententias prognosticorum super morbos articulorum, & quam habeant falsitatem non promo, sed nec veritatem earum probo.

Podagra non laborat puer ante veneris vsum, nec mulier nisi menstrua defecerint. 76. aphorismo rum. 29. & 30. 7

Respice Galeni commentarium quod quidem satisfacit.

Qui podagrici morbi fiunt sedata inflammatione intra dies. 40. conquiescunt. 6. aphorismorum. 49. & in. lib. Iudiciorum. 8

Huius etiam rationem à Galeno cape loco proprio, dolores podagrici vere & autumno fere mouentur. 6. aphor. 55.

Lassitudo.

L*Assitudines spõtaneæ morbos prænunciãt. 2. aphorism. 5.* 1

Idem est spontaneæ dixisse ac sine causa procatharctica aut manifesta, & sicut quæ ab hac fiunt præsagium debilitant, ita quę absque ea firmum faciunt, dum de decubitu ageremus dictum est quantùm intersit ęgrum leuiter à lecto surgere & per ea quæ

tunc dicta sunt elicitur quantum in sanis mali significet. motus grauitas ac humorum pondus quo dignoscimus & futurũ morbũ certo præsentimus. Quod si & alia adiungantur signa vt sputi copia, cibi fastidium & similia adhuc certius præsagire poteris, diagnosticam & prognosticam tetigimus super hunc aphorismum: iuuat etiam curatiuam tangere etsi præter institutum) eamque sumptam ab ipsomet Hippocrate. 6. Epid. parte. 2. 28. dicente, lassitudinem non facit nec sitim accendit cibi paucitas, quasi diceret, paucitas cibi sitim & lassitudinem leuat, ea si Silenus vsus fuisset non ex lassitudinibus laborasset, vt. 1. Epid. parte. 3. tex. 19. Hippoc. reliquit.

2 *Lassati cum horrore si exudarint iudicatorio modo recalfacti in acutis male habent, tum alias tum si circa hoc sanguis de naribus destillauerit. Choacarum.* 41.

1 Lassitudo non solum corporis grauitatem ad motumque impotentiam significat, sed (vt Galen. ait. 3. Epid. parte. 2. tex. 5.) in ipso motu, tensionis aut vlceris sensum, idque per musculosam substantiam præsertim, quapropter non alienum à ratione est febrientes cum lassitudine horrere aut rigere exudareq; decretoriè, & post recidiuare

& deniq́ue ſudare iterum perfectéq́ue iudicari, idq́ue maxime humoribus ad cutẽ vergentibus, non ergo male habebunt neceſſario taliter affecti, alia oportet conſiderare quorum vnum ſtilla ſanguinis eſt quod quidem ſententiam hanc ratam firmamque facitvt ex his quę verb. hęmorrhag. dicta ſunt patuit.

Laſſati ſingultiẽtes ſtupore detẽti mali. Choa. 51 3

Praua hæc ſigna omnia ſunt quod ſi laſſitudo vlceroſa ſit peior multo, quæ namq; vlceris prębet ſenſum mali ſucci ſoboles eſt vt Gal. docet lib. de ſang. miſsione.

Cum laſsitudine comate lucis turbulentia vigilijs & ſudoribus febres malignæ. 4

Quodlibet horum laſsitudinibus adiunctum malum eſt vt locis proprijs eſt iam explicatum, quod ſi ſimul coniungantur omnia peſsima erunt, poſſunt enim coniungi exceptis comate & vigilijs.

Qui laſsitudinem per febres ſentiunt ad articulos & iuxta maxillas præſertim abſceſſus fiunt 4. aphoriſm. 31.

Sæpe laſsitudines à deſtillatione capitis per muſculos corporis decurrente efficiuntur ad quas iuxta maxillas (quia capiti proximæ ſunt) tumores ſuccedere eſt veriſimile, ſicut & abſceſſus ad articulos à muſculis deriuata

riuata materia in partes debiliores. 6. Epid. par. 5. tex. 10. habes quid sit labor exercitatio dolor noxa, quę oĩa lassitudini affinia sunt.

Signa ex his quæ non appropriantur alicui membro.



1 *Olores praui siue in viris siue in fœminis (non ex morbo regio capitis doloris signa sunt similiter & eius terræ. 2. prorrh.*

Coloris mutationes (vt Gal. ait. 6. Epid. parte. 4. tex. 27.) celerius in oculis quam in alia corporis parte perspiciũtur, tamẽ sæpe sunt ita conspicui vt vbiq; elucescãt, hi quidem suam præbent significationem secundum causarum magnitudinem: quamobrẽ videtur autor in hac negligens nimis qui solum ex coloris prauitate capitis arguerit dolorẽ; liuidus namq; color semper lethalis habetur vt Gal. 6. Epid. parte. 1. tex. 29. nec solum color hic verũ & niger malus est multũ magnã q; significãs noxã quanuis cætera mitia sint omnia vt Gal. 1. Epid. parte. 2. tex. 36. q; si hãc sententiã intelligas nõ in acutis, verũ est plurimos (fœminas presertim) ab obstructionibus interiorũ male fieri coloratos ac eosdẽ

capitis doloribus obnoxios,idq; propter vapores aut eleuatas exhalationes ex loco obturato,quod de esu terrę ait etiam in talibus experimur quotidie,sed terra posita est tanquam exemplum aliorum multorum appetituum deprauatorum quos patiuntur secũdum varietatem humorum,qui enim similes terræ gignit in ventre humores terram qui carboni carbones & qui calci calcem appetit.

Pallores cum virore etiam in morbo regio capitis faciunt dolores,sed pro esu terræ præcordia inflant magis.2.prorrh. 2

Viridis color(vt Gal.6.Epid.par.2.tex.16.) raro in cute apparet forte quia à crassiore fit bile, ex pallida namq; superassata fit,at quare cæteri praui colores non ex regio morbo & pallor cum virore etiam in morbo regio capitis dolorem afferat ignoro,quod autem ait in his pro terrę esu hypochondria inflari,id fiet si humores à ventriculo infra deferantur.

*Qui color sæpe in colorem transmutatur vtilis est.Choac.*134. 3

*Coloris in alium mutatio morbi longitudinem signif.4.Aph.*40.*&*.7.*Aph.*6. 4

Duo hæc loca aphoristica vni superiori Choacæ pugnare videntur,plane oportet

nos potius quam vnicæ spuriæ duabus legitimis sententijs fidem adhibere, rationem require à Galeno qui genuinas interpretatus est genuine, dices fortasse posse hanc colorũ mutationem vt signum longitudinem portendere & vt causam vtilem esse vacuatis extra humoribus varijs à quibus coloris nascitur varietas, transeat responsio tua quia contingentiam fert, sed non sententia quæ necessitatem quodammodo ferre debet.

5 *Liuores in febribus fientes breui mortem significant. Choac. 72.*

Hanc notham filiam legitimam facit pater Hipp. 1. Epid. par. 2. tex. 35. narrãs in quadam constitutione perijsse omnes quibus color hic tinxit extrema.

Quæ ab alijs affectibus cutis sumuntur Prognostica.

1 *Pruriginosæ affectiones omnibus nigrorũ egestionem significant & vomitum grumosum. Choac. 739.*

Nullum in affectionibus pruriginosis nigra egerere & grumosa vomere vidimus, aut simul aut seorsum

ſum: itaque experimentum noſtrum refragatur omnino huic documento.

Pruriginoſæ puncturæ vt ab vrtica, & torpores aut per totum aut per partem ſæpe, & frigiditas aliqua ab ipſis ſentiri putatur veluti per caput diſcurrere, ſi etiã ad ſummam linguam punctura procedat difficilis morbi ſignum eſt. 2. prorrh. 2

Tot partes occupat affectio tot etiam humoris ſpecies in ea apparent vt patiens hic in acutis periclitari poſsit & in mitioribus longe ægrotare, ſed nequicquam certi vt promittit nobis reliquit eius autor: nam cũ prurigo cutis ſolius affectio ſit quantum ad eam attinet non poteſt malum ſignificare multum: cutis enim totius corporis emunctorium eſt & illa poteſt natura ſeſe exonerare.

Quibus arida & dura cutis ſine ſudore moriuntur, quibus rara & laxa cum ſudore. 3

Fuere Medici qui omnes fere affectiones ad ſtrictum & laxum reducebant, ſed illi nõ ſolum ad cutis ſtrictionem & raritatem ſed ad totius corporis referebant: quare nec ſententia hæc tanto potitur artificio vt digna ſit his Medicis inertibus, damnata eſt cutis dura arida & circumtenta in fronte apud Hippocratem ſed cum cæteris malis ſignis damnatę etiam ſunt febres elodes, & humi-

dę sed cum alijs indicijs: itaq; alia signa quę rere oportet ex quibus aut verũ aut falsum prędicere valeas: quod si attestentur in malum cum ariditate & humiditate quod autor docet prædicito.

4 *Cutis raritas, ventris densitas, cutis colligatio, carnis incrementum, ventris torpor, omnium confusio vasculorum immunditia cerebri consumptio ideò & caluities instrumentorum attritio. 6. Epidem. par. 3. tex. 1.*

Scopum sententiæ huius simulq; affectionum in ea contentarum ordinem & respondentiam inuenies, apud Gal. hoc in loco, ad eum te conuerte, nos enim breuitati studemus, & magis quanto scopo sumus propinquiores.

LAVS DEO.

Sententias prognosticas omnes quas in libris tam genuinis quam spurijs magni Hipp. *inuenire potui tibi trado; earum quas in Choacis prænotionibus lego numerus 750. plus minus ve completur. Scio traditas ab Olerio mille superare; at vir hic repetijt bis multas, & non paucas intrusit quibus meus caret codex.*

Ordo

ORDO SERVANDVS IN LOCIS A QVIBVS SIGNA Prognostica petuntur.

 De den-

EN MADRID.

Por Thomas Iunti.

M. D. XCVI.